


Vol 2

Guilhelmi Musgrave

REGIÆ SOCIETATIS

Utriusque SOCII

GETA BRITANNICUS.

ACCEDIT

Domus SEVERIANÆ *Synopsis Chronologica*,

ET

De ICUNCULA *quondam M. Regis* ÆLFREDI

DISSERTATIO.

Nulla Fides Regni *Sociis*, *omnisque Potestas*
Impatiens Consortis erit. Lucan. *ex* Ennio.

Mihi quidem nulli Eruditi *videntur*, *quibus nostra ignota sunt.* Cicero.

Iscæ Dunmoniorum:

Typis PHILIPPI BISHOP, sumtibus PHIL. YEO; Veneunt etiam LONDINI, & in utraque Academia. MDCCXV.



INL. P.

THOMAE HERBERTO

Magno Pembrokiæ *Comiti*,

SIG.P. CUSTODI. THALASSIARCHAE.

CONSILIORUM PRAES. PACIFICATORI

PROREGI OPTIMO.

Omnibus Honoribus in Repub: perfuncto,

Omnibus Majori:

BELGII nostri GENIO:

Antiquitatis has Amoenitates, de GETA

Britannico, *Rebusq aliis ad* Belgium

spectantibus (tamq^m ex Naufragio Tabulas Neptuno)

Ex Voto posuit

GUILH: MOSGRAVE

Alexander Aymes Scrip.

PRÆFATIO
Editoris ad Lectorem.



T *in hoc Opusculo quæ continentur, uno conspectu omnia videantur;*

PRIMUM, hic sistimus ad Getæ *Vitam* Prolegomena; *in quibus ea, quæ* Ælio Spartiano *diu adscripta fuit,* Julio Capitolino, *non sine ratione, multa post annorum sæcula, tamquam vero Parenti* Γνησία *& Proles certissima, restituta est:*

DEINDE, Capitum *in ea* Syllabum:

DEINDE, *ipsam* Getæ *Vitam*, Notis (*quod dici solet*) Variorum, Isaaci *nempe* Casauboni, Jani Gruteri, Claudii Salmasii, *cum* Nostris, *illustratam* :

DEINDE, Indicem *ad Prolegomena, Textum, & Notas* :

DEINDE, Dissertationem *de* GETA BRITANNICO ; *ubi de* Statuæ Equestris *Fragmento, non ita pridem in Suburbiis* Aquarum Calidarum *effosso*, GETÆ BRITANNICI *Faciem habente*; *de* GETÆ *Nummis*; *de Illius, in Australi* Britannia, *rerum Gubernatione* ; *de Coloniæ* Devanæ *Constitutione* ; *de* Aquis Calidis, *Illius munificentia* (*quod utique probabile est*) *servatis, & in hunc usque diem placide prosilientibus* ; *de Illius, quotquot ad Manus essent, Inscrip-*

ſcriptionibus; quæ Notis brevibus exponuntur; de Populorum & Urbium Nummis, Getæ *in honorem cuſis; & de aliis non paucis ad* GETAM BRITANNICUM *ſpectantibus:*

DEINDE, Severianæ *Domus Auguſtæ* Synopſin Chronologicam: *Qua confirmata eſt abunde,* Septimii Severi, *in extremo ſpiritu dicentis, ſententia,* Πάντα ἐγενόμην, καὶ οὐδὲν ἐμὸι λυσιτελεῖ:

DEINDE, Diſſertationem de Icuncula, *quondam Magni Regis* Ælfredi, *paucis ante annis, apud* Athelnejam, *inventa; Opere præclaro, ſumma arte perfecto: Ubi de* Imaginum in rebus ſacris uſu, ab Ethnicis ad Eccleſiam manante:

DEINDE, Tabularum Explicatio-

cationem: *Eæ Clarissimis Eorum Nominibus singulæ singulis dedicantur, quorum Munificentiæ debentur:*

DEINDE, Capitum in Dissertationibus Epitomen.

HÆC nostri est Farrago Libelli.



JULI CAPITOLINI
ANTONINUS GETA

Cum Notis Integris

ISAACI CASAUBONI, JANI GRUTERI, CLAUDII SALMASII, & Editoris:

CUJUS ACCEDUNT,

De EODEM IMPERATORE,

ET

De Icuncula quondam M. Regis *Alfredi*,

DISSERTATIONES.

GETAM *sui mores Reipub. inviderunt.* Spartianus.

ISCÆ DUNMONIORUM:

Typis PHILIPPI BISHOP: Sumtibus PHIL. YEO. A. MDCCXIV. Veneunt etiam *Londini*, & in utraque Academia.



OPTIMO VIRO

NATH. PALMER

DE

FAIRFEILD,

In Comitatu *Somerſet*,

ARMIGERO,

SALUTEM.



UM *Getæ* Vitam Auctori ſuo reſtituere, & Notis illuſtratam in lucem edere ſtatuerim, plurima ſunt, quæ mihi perſuadeant, *Tibi*, *Vir Ornate*,

nate, hoc futurum non ineptum munus.

IMPRIMIS, id exigere visus est, jam inde ab utriusque nostrum Adolescentia, vetustæ Honos Amicitiæ, & Beneficiorum a *Te* acceptorum ille cumulus, quem nemo unquam hominum meo nomine melius, nemo tam belle poterit agnoscere, quam *Romanus* hic *Imperator*; idque sive illius Magnitudinem spectemus, sive Hujus Ingenium & Dignitatem.

DEINDE, *Moderatum & lenem in Congressibus* Getam, *studia tractantem honestissima*; *placidum præterea in omnes*, *atque humanum*, quoties eum fuisse lectito, prorsus ad

ad *Te* duci me videre videor; qui hoc ipſo modo *Tibi*, ut (ſecundum *Herodianum*) Ille plurimos ad *Amicitiam Benevolentiamque alliciebat*: Cujus rei luculentum hoc indicium eſt, & mille teſtium inſtar, quod ad *Parlamentum* Comitatus *Somerſet*, unus omnium forte mortalium, publicis ſuffragiis electus fueris V̄ Miles.

SED & animo recolendum, a prima ætate cara *Tibi* ſemper fuiſſe veterum monumenta, & *Romanam* quicquid Hiſtoriam illuſtraret. *Geta* vero a *Britannis*, a *Belgis* noſtris præcipue colendus: A *Britannis*, quorum ab Inſula *Britannici* nomen accepit; a *Belgis*, quorum *Aquis Solaribus* eum faviſſe, licet conjicere.

HANC

HANC igitur *Antonini Getæ* Editionem, *Tibi*, non quod dici solet, uti *Benefactori Bovem*, (neque enim tam sum Pecoris abundans) sed tanquam *Agnum* offero. Si *Tibi* eam accipienti, tam fuerit grata, quam mihi fuit adornanti, profecto non erit, quod cœpti pœniteat, aut optem magis.

HIS accedit Dissertatio de Icuncula illa, quæ quondam Magni Regis *Alfredi* fuit, nunc vero se tuam esse gloriatur: In eam adnotata, certe doctissima, divulgavit Vir Reverendus, deque orbe literato bene meritus, *Geo. Hickes*, S. T. P. in quibus Literarum e diversis Alphabetis, *Saxonico* & *Romano*,

mano, misturam, earumque formas & ductus, enucleatissime descripsit: Nobis e diverso propositum est, Imaginum in rebus sacris usum, ab *Ethnicis* ad *Ecclesiam* derivari, luculentissimo hoc exemplo (ipsa scil. hac *Alfredi* Icuncula, cum *Apuleii*, *Asclepiadis*, aliorumque veterum Ethnicorum aliis comparata) ostendere. Quæ de hac re lucubraverim, quoniam humanitate permissuque tuo factum est, ut Iconis hujus obtuendæ versandæque copia mihi daretur, *Te* suapte sponte adeunt, ad *Te* advolant, & grati erga *Te* animi nostri sensum agnoscere conantur.

DEUM oro & obtestor, ut in sanctissimæ Tuæ Domus Solatium, in Ami-

D E D I C A T I O.

Amicorum Felicitatem, & Patriæ bonum, *Te* incolumem ſervet ; & quoniam Optimo Maximo viſum fuit, *Te* in numero *Dolentium* eſſe, ut *Arthritide* leni, benigna, facili, ut εὐήθει, regulari, & utili perfruare.

V A L E,

Belgii *noſtri Deliciæ*,

Patrone optime,

& fave tuo Clienti

Dabam Iſcæ Dunmon.
Kalend. JUNIIS.
MDCCXIV.

Guilh. Muſgrave.



A D



AD

Antoninum Getam

PROLEGOMENA.



UM ex Statua, dudum ad Aquas Solis *eruta, quæ* Getæ *esse videtur, nactus occasionem, in animo haberem, ea, quæ de Illo occurrerent, in unum omnia colligere, sicque pro mea parte Imperatorem hunc obscurum, in aspectum lucemque clariorem proferre; instituto defuturum me judicavi, si Vitam ejus in* Historia Augusta *prætermitterem. Prelo igitur nostro* Exoniensi *eam mandavi,*

una cum aliis ad Getam *ſpectantibus, Notis ſcil. Integris Virorum Clariſſ.* Iſaaci Caſauboni, Jani Gruteri, & Claudii Salmaſii *illuſtratam: Quibus etiam, quoniam eorum poſt labores ſpicilegia quædam ſupereſſe viderentur, meas ſubjeci: Quin &* Diſſertationem *addidi, in qua de Statua illa* Bathonienſi, *de* Getæ Nummis, & Inſcriptionibus, *quot innoteſcerent, profeſſus egi. Ante vero quam opus hoc aggredior, ex uſu erit, hac de* Vita & Diſſertatione, *paucula præfari.*

EDITIONES hujuſce Vitæ *pleræque omnes, ex fide Membranarum, eam* Spartiano *tribuere: Qua in re ſi calculum Ego non adjecerim, neque ſine Argumento, neque ſine doctorum hominum Auctoritate, factum erit. Quæ enim major eſſe poteſt in hujuſmodi re Auctoritas, quam* Caſauboni, *quam* Gruteri, *quam* Dodwelli, *qui uno ore omnes*

Sparti-

Spartiano *eam abjudicant : Cuja vero esset, non eloquuntur omnes.*

E recentioribus, quantum Ego perspicio, primus omnium Clariss. Dodwellus, *(qui* Historiæ Augustæ *Scriptores, sic, ut vix quisquam unquam magis, excussit, & Prælectionibus Academicis, Professor* Oxonii Camdenianus *illustravit) eam* Capitolino, *tanquam prolem ejus certissimam restituit. Hujus Ego sententiam totus amplector; sed ne tanti, tamque Literati Viri auctoritate una, quæ quidem multum apud me valet, ductus, ita facere censerer, (quod utique* in nullius verba jurantem *minime deceret) Argumento ejus e meis nonnulla adnectam.*

ARGUIT ille Doctissimus, Auctorem Getæ, *qui Vitam eam* Constantino *dedicavit, fuisse* Capitolinum, *quoniam* nullus *(inquit)* alius sub *Constantino* Vitarum conditor, præter *Capitolinum.*

HUIC addi potest, quod inter omnes constat, à Capitolino Clodium Albinum, Opilium Macrinum, Maximinos *duos*, Gordianos *tres*, Maximum & Balbinum *exarari, quodque litem ei de hac re nemo unquam moverit. Maxime etiam verisimile esse, ejusdem Historici* Pescennium Nigrum, Caracallam, Diadumenum, & Heliogabalum *fuisse: Quod Argumento, mox in medium afferendo fiet probabile.*

QUO posito, notare licet, tum Vocabula, tum loquendi Formulas, tum etiam ipsam Materiem, harum omnium Vitarum, *cum* Geta *tam magna ex parte communem esse; ut eundem Auctorem, nempe* Capitolinum, *plane agnoscant, itaque probent* Getam *esse* Capitolini.

EXEMPLIS agam, & quidem imprimis ex Capitolini *Vitis indubitatis:*

In

In Albino *legimus*, [Eum in veſtitu nitidiſſimum fuiſſe:] *in* Geta, *quod fuit* [veſtitus nitidi cupidiſſimus.] *In* Maximinis *duobus* [paucæ civitates *fidem hoſti publico ſervaverunt*:] *Sic in* Getæ *Cap*. VI. [Duobus ſe Liberis fidem promiſiſſe, *duobus ſervare* debere.] *In* Gordianis *tribus de* Sereni Sammonici *Libris*; *uti etiam in* Geta. *In iiſdem* [Fuit Vini cupidior, ſemper tamen undecunque *conditi*, nunc Roſa, nunc Maſtiche, nunc Abſinthio, *&c*.] *In* Geta [cupidus ciborum & Vini varie conditi.] *De* Gordiani [*Veſtitu nitido*] *&* [Genitura] *ſimiliter atque* Getæ *legitur*. *In* Gordiano *Tertio* [ſed votum publicum nihil valuit.] *In* Getæ *Cap*. I. [Sed nihil valuit patris matriſque cautio.] *In* Maximo *&* Balbino [Id eo tempore nihil viſum eſt ominis, ſed non ſine cauſa factum probavit Imperium.] *In* Geta *ſimili plane modo* [Quod dictum ejus tunc nihil; poſt vero præſagio fuit.] *De Ominibus, de Gula,*

aliiſque

aliisque rebus satis futilibus & ineptis apud Getam, *æque ac* Capitolini *prædictos Impp. occurrunt plurima; quæ eorum communis Auctor, à* Cordo, *non nimii judicii Historico, sed* λεπτολόγῳ, *qui (teste* Capitolino) *talia persequitur, accepisse videtur. Uti* Varro *Comœdias* Plautinas, *à spuriis & adulterinis, genuinas, ex stylo jocisque (narrante* Agellio) *discernebat: Ita quidem Ego de* Getæ *Auctore ex* Capitolini *similibus Verbis, Sententiis, & Materia, sententiam fero.*

Ad Argumentum hocce confirmandum his addi potest, quod, ut Locutiones, quæ (secundum Dialecticos) per formam Abstracti *efferuntur, præcipue cadentis sunt Latinitatis, sed in ea non ex omni parte æqualiter;* Capitolinus *iis usus est sæpissime, ut in* Macrino [Serenitati tuæ:] *in* Maximinis duobus [Clementiæ tuæ & Pietas tua:] *in* Gordianis tribus [tuam Clementiam.] *Hæ vero loquendi formulæ*

in

in Spartiani *Vitis longe rariores ſunt, quam in iis, quæ ſunt* Capitolini : *Unde colligo,* Getæ *Vitam, in qua, tametſi breviuſculâ, bis occurrunt,* Capitolino, *potius quam* Spartiano, *adſcribi oportere.*

HIS, ut opinor, Argumentis Auctori ſuo Geta Capitolino *reſtituitur*; *&* *quidem hujuſmodi aliis,* Nigrum *&* Caracallam, *illius etiam eſſe, (quod à Doctiſſimo* Dodwello *diſertim affirmatum) facile eſt probare : Sed nihil hoc ad* Dionyſum *noſtrum.*

DE Vitæ hujus Scriptura ejuſque genere advertendum, eam non nimis accuratam eſſe : E *diverſo, plurima perturbate ab Auctore, &* ἀμεθόδως *effundi*; *plurimos in ea hiatus eſſe, & errores Chronologicos : Ut non tam opus abſolutum, quam primæ Lineæ, ſive quædam materiæ congeries eſſe videatur. Nihilominus, ut urgente Fame, Glande & vi-*

liſſimo

lissimo quoque Opsonio vesci, potius quam inedia perire, præstat, inopia Scriptorum de Antonino Geta *facit, ut hoc* Catone *contenti simus, & scriptum hocce qualecunque sit in pretio.*

ENIMVERO satis notum est, de Geta *nostro quæ* Maurus, *quæ* Urbicus, *quæ* Marius, *quæ* Cordus, *& forsan alii sub hæc tempora* Latine *scripserunt, omnia intercidisse; nec quidem eorum, qui ab* Antonini Philosophi *excessu, ad* Diocletiani *usque Imperium, Historiam* Latine *tractarunt, hodie quemquam superesse. In memoria* Getæ *custodienda, longe feliciores Historici fuere* Græci, *quam* Latini: *Illis solum, quicquid ætate ista de* Geta *scriptum habemus, acceptum est referendum: Sed* Dexippi, Severi *Imp. aliorumque, ad sex septem, omnia periere.* Periit Dionis *pars posterior, non sine gravissimo Literaturæ damno, quippe à se visa, & audita, sibique notissima tradentis; quæque*

ex

ex illa parte à Xiphilino *ſervantur, fide non optima (quod facile eſt planum facere atque probare) excerpuntur. Unus e* Græcis *integer ad nos pervenit,* Herodianus; *gravis certe Auctor, lectu fideque digniſſimus: Sed qui, ubi* Getæ *res agitur, nimis ſuccinctus. Plurima tradidit, quæ, abſque illo eſſet, à nobis hodie prorſus ignorarentur; plurima etiam cognitione digna prætermiſit: Unde ad* Getam *recte intellegendum, aliis, & quidem majoribus opus eſt ſubſidiis.*

POST Imperium à Conſtantino *adeptum, (id eſt, à Morte* Getæ *annos circiter octoginta) floruit* Capitolinus, *cujus hocce ſcriptum, initio nempe ſeculi tertii; ejuſque medio* Aurelius Victor; *eoque vergente,* Eutropius: *Qui omnes* Getæ *meminerunt, & de illo non pauca de induſtria tradiderunt; at tam mendoſa, tam à vero aliena, ut mirari liceat, unde eorum aliqua poſſent hauriri.* Ca-

 pitolini,

pitolini, *in Vita* Getæ, *Errata Notis infra exponuntur.* Aur. Victor (*Historicus, opinante* Anna, *optimus* [Patratam in *Britannia Getæ* fuisse cædem;] *&* [Getæ *matrem*, (Juliam Domnam) *Caracallæ* Novercam esse, eique matrimonio *junctam*] *affirmat: Et Epitomator, quicunque fuerit*, [Nulli eum, in dominatu suo, permisisse Honores venundari;] *&* [Ob Paricidium, Furore & dirarum ultricium insectatione agitari.] *Paulo justior in* Getam *est* Eutropius: *Sed ut de ejus Matre*, Caracallo *in Uxorem data, nimium scripsit; (tametsi non tanquam Auctor, ut vult*, Ant. Pagi; *verum, uti videtur, ex* Cordo) *ita quidem de Nomine* Getæ Antonino, *ne verbum quidem.*

GETÆ *nostri*, Festus *in Breviario, nomen non habet: neque de eo, Patri in imperio succedente, quamquam magni re momenti, verbum in Chronico fecit* Cassiodorus.

VIDE

VIDE, quam imperfecta sit de Geta, *præcipue* Latine *scribentium, Historia: Quæ jam senectam (secundum* Vossium) *ingressa,* Fabulas, *uti videtur,* aniles *emittere non dedignata est. Has ob causas,* Getam *Imperatorem* obscurum *appellare, non dubitaverim; & ejus obscuritati, pro virium modo, subvenire.*

HISCE de Getæ *Vita dictis, de Dissertatione annexa aliquid dicendum. Agit illa de* Statua, *nuper ad* Aquas Solis *effossa; de Nummis* Getæ, *ejusque* Inscriptionibus.

STATUÆ fides incerta nonnullis esse videatur, propter rationes infra proferendas: Nec quidem hujusmodi res, quæ nec Inscriptionem habet, nec quidvis aliud, quod in ea declaranda loco sit Inscriptionis, sine dubitatione quadam esse potest.

AT iis e contrario ratiunculis ſi validius habeatur, à Vultuum in Nummis Statuaque ſimilitudine, quod opponitur Argumentum, (& quidem validius eſſe puto,) non eſt, quod Statuam abjiciamus, aut Getæ *eam eſſe pernegemus.*

HOC autem poſito, [nimirum Getæ *hanc eſſe Statuam,] manabunt inde plurima, quæ tum Imperatorem illum, tum* Britanniam *noſtram magnopere illuſtrabunt, & ad explicandas Origines* Bathonienſes *non parum conferent.*

UTUT iſta res ſit, (neque enim aſſeverare quicquam auſim, nec in re tam dubia δογματίζειν*) unicuique per me liceat, ut ſua fert Opinio, ſentire; ſed & mihi, quamquam mediocri, pari ratione liceat.*

NUMMI & Inſcriptiones *omni majores ſunt exceptione: Sed Nummos ſolum*

lum eos ſelegi, qui ſine dubio ſunt genuini; quibus expoſitiones ſubjeci. Plures autem in Tabulis Camdeni Britanniæ *annexis, & in* Gevartianis, *quos adulterinos eſſe ratus ſum, omiſi.*

INSCRIPTIONES, quotquot Getam *reſpicerent, undecunque collectas, avide tranſcripſi, Notulis illuſtravi, & ſuo quamque loco intexui.*

DENIQUE Severianæ *Domus Auguſtæ* Chronologiam *qualem qualem adjeci: Ut Illius Ortus, Magnitudo, Finiſque uno conſpectu, brevi quaſi tabella, cerneretur.*

HABET Lector, unde rerum varietate delectari; forſan etiam eventu mirabili proficere poſſit. Eſt enim Hiſtoria, *(dicente* Tullio) Teſtis temporum, Lux veritatis, Magiſtra vitæ: *Et (ut* Halicarnaſſenſis) Ἀρχὴ φρονήσεώς τε καὶ σοφίας, *i. e.* Prudentiæ Sapientiæque principium.

SYLLABUS




SYLLABUS CAPITUM.

CAP.

Syllabus Capitum.





JULI CAPITOLINI
ANTONINUS GETA
AD
CONSTANTINUM AUG.



CAPUT. I.

ARGUMENTUM.

Pauca de hoc Antonino *restant*. Severi *Somnium de Successore* Antonino; *Unde* Geta *hoc nomine auctus*.



C I O, Constantine Auguste, & multos & clementiam tuam [2] quæstionem

B stionem

Cum Editio hujus Vitæ Lugduno-Batava, MDCLXXI, Ælio Spartiano, *tanquam ejus Auctori, eam attribuit; audiendi sunt hac de re jam in initio, Viri Clarissimi* Casaubonus *&* Salmasius.

CASAU-

CASAUBONUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Non aliter & *membranæ.* Nos tamen dubitamus, nec ſine cauſſa. Nam etſi auctor libelli hujus, quòd in rebus Caracalli necem Getæ expoſuiſſet pluribus, ita breviter eam hiſtoriam ſtringit, ut pæne prætermiſiſſe poſſit videri: Duos tamen hic locos obſervamus, ex quibus conjicimus, de tota illa hiſtoria diverſa eum ſcrîpſiſſe alibi, ab iis quæ libro ſuperiore continentur. Neque enim defuerunt, qui tempus & locum cædis Getæ aliter longe narrarent, quam Dio & Herodianus: Quorum conſentiens & certiſſima narratio impedire non potuit, quominus παράκουσμα iſtud ἱστορικὸν velut ἕρμαιον à nonnullis arriperetur. Scribit igitur hic auctor ſtatim initio: *Neque enim multa in ejus vita dici poſſunt, qui prius rebus humanis exemptus eſt, quam cum fratre teneret imperium.* Falſum eſt, ut ex Dione conſtat & Herodiano, prius periiſſe Getam, quam cum frâtre imperaret: Nam multos menſes amiſſo patre ambo vixerunt, & *nomine tenus ſaltem imperarunt ambo.* Sed auctor eos ſequitur, qui confeſtim poſt obitum patris ante reditum in Urbem è Britannia occiſum Getam à Caracallo memoriæ prodiderunt. Quare ſcribit idem inferius: *Denique niſi querelis de Geta editis, & animis militum delinitis, enormibus etiam ſtipendiis datis, Romam Baſſianus redire non potuit.* Certum eſt Romæ in ipſo palatio necatum Getam, cum in eodem palatio, imò etiam cubiculo eodem, præſens Baſſianus adeſſet. Quomodo igitur Romam rediret? Verum hic ſcriptor de reditu è Britannia loquitur. Similia his apud Aurelium Victorem, ut ad ſuperiorem librum admonebamus. Quare non poteſt

poteſt iſtius libelli auctor idem eſſe, qui vitam Caracalli compoſuit: Nam illi cum Dione & Herodiano convenit.

SALMASIUS.

1 ÆLII SPARTIANI.] Ita omnes membranæ, quarum conſenſum hoc loco magni faciendum judico. Nec accedo partibus eruditiſſimi viri dubitantis hæſitantiſque an hic Spartiani ſit liber. Habuit ille rationes quibus crederet non eſſe: Habeo item ego quibus eſſe credam. Idem ſane auctor qui ſuperiorem Caracalli vitam ſcripſit & hanc quoque ſcripſit. Sub finem illius vitæ omnia prodigia quæ necem Getæ ſignificaverunt expoſiturum ſe in ejus vita pollicetur: *Occidendi*, inquit, *Getæ multa prodigia extiterunt, ut in vita ejus exponemus.* Quæ omnia clare in hac vita habentur expoſita non ſecus atque ille promiſerat. Sed hoc fortaſſe parum faciat, niſi & alia accederent, ut eſt illud quod in eadem illa vita rationem reddit, quare priorem ſcripſerit Caracallum, cum prior exceſſiſſet è vita frater ejus Geta. Se enim vitæ ordinem ſequutum eſſe oſtendit. Secundum quem ordinem prior ſcribi debuit, qui prior natus eſt & imperavit. Atque hunc ſcribendi ordinem videmus ab auctore vitæ Getæ obſervatum, ut hæc verba demonſtrant. *Scio, Conſtantine Auguſte, & multos & clementiam tuam quæſtionem movere poſſe, cur etiam Geta Antoninus à me tradatur.* Nimirum tradiderat jam ante, ut apparet, Antoninum Caracallum. Unica autem & præcipua ratio viro clariſſimo dubitandi an Ælius Spartianus exiſtimari debeat hujus auctor vitæ, hæc fuit, quod nonnulla in hac vita tradi videantur diverſa atque in illa ſuperiore Antonini. Sed hoc nemi-

nem debet movere. Sollemne enim esse scimus huic auctori, non unum perpetuo ejusdem rei auctorem sequi, sed plerumque etiam diversos, ex horum vel illorum sententia, modo hoc, modo illud ponere. Verba autem illa perpendamus, quæ fundamentum sententiæ suæ voluit esse vir doctissimus. Spartianus heic scribit: *Neque enim multa in ejus vita dici possunt, qui prius rebus humanis exemptus est, quam cum fratre teneret imperium.* Hæc verba enim, inquit ille, indicant auctorem hujus vitæ sensisse occisum prius Getam, quam Romam rediisset. Quod factum in Britannia, statim post mortem patris qui ibi decessit. Atqui verum est Romæ in palatio, ac pæne in sinu matris interfectum Getam, fratris Caracalli manu: Quod asserunt Herodianus, & Dio Græci scriptores, quosque adeo secutus videtur Spartianus in vita Antonini. Atque hæc est diversitas quæ facit videri diversos esse utriusque vitæ auctores. Sed nos facile conciliabimus auctorem Caracalli cum auctore Getæ. Ille enim initio statim vitæ Caracalli hæc scribit: *Ex duobus liberis quos Septimius Severus reliquit Getam & Bassianum, quorum unum exercitus, alterum pater dixit, Geta hostis est judicatus: Bassianum autem obtinuisse imperium constat.* Vides Spartianum heic tradere, Bassianum solum obtinuisse imperium post mortem patris, Getam autem hostem judicatum? Quod omnino convenit cum his verbis, quibus heic dicitur, prius rebus humanis exemptum Getam, quam cum fratre teneret imperium. Non dubitamus igitur Spartianum asserere vitæ hujus auctorem, quem & auctorem agnoscunt Spartiani vetustissima excerpta, quæ nos olim ex Bibliotheca Palatina habuimus, beneficio clarissimi, eruditissimi atque amicissimi Jani Gruteri.

CASAU-

ſtionem movere poſſe cur etiam GETA ANTONINUS a me tradatur. De cujus priuſquam vel vita vel nece dicam, diſſeram cur & ipſi *Antonini* a Severo patre ſit nomen appoſitum. Neque enim multa in ejus

CASAUBONUS.

2 *Quæſtionem movere poſſe, curet.*] Expectabam ut ad quæſtionem hanc, quam ait auctor moveri poſſe, reſponſio ſubjiceretur. Fruſtra fui: Nam proxima periodus ad rem nihil facit. Sed non eſt dubium mihi, quin corrupti hic ſint libri noſtri: Nam ad id quod diximus illud etiam accedit, quod ſequentes periodi duæ nullo modo cohærent ſibi invicem. Poteſt fieri ut deſiderentur hodie nonnulla, quorum jactura orationem hiulcam reddit, &, ut videtur, mutilam. Quia tamen manifeſtiſſimum, tertiam periodum alieno loco eſſe poſitam, ea reſtituta in ſedem ſuam, totum hoc principium ita concipimus.

SCIO, *Conſtantine Auguſte, & multos & clementiam tuam quæſtionem movere poſſe, cur etiam* GETA ANTONINUS *à me tradatur. Neque enim multa in ejus vita dici poſſunt, qui prius rebus humanis exemptus eſt, quam cum fratre teneret imperium. De cujus priuſquam vel vita, vel nece dicam, diſſeram cur & ipſi* ANTONINI *à Severo patre ſit nomen appoſitum. Septim.*

MUSGRAVE

ejus vita dici possunt, [3] qui prius rebus humanis exemptus est quam cum Fratre teneret imperium. Septimius

MUSGRAVE.

[3] *Qui prius rebus humanis exemptus est, quam cum Fratre teneret imperium.*] Nihil hoc dicto minus verum. Certissimum enim est, (1) *Fortunam regiam*, sive Icunculam illam, quæ comitari Principes, & in eorum cubiculis, tanquam Imperii nota & Insigne, poni solebat, *Getæ* nostri in Cubiculo, diebus cum *Bassiano* alternis, ipsius *Severi* morientis ex mandato, poni fuisse jussam. Deinde [*Ambo* (quod (2) *Herodianus* ait) *pari honore Imperium gerentes, solverunt ex* Britannia.] Et postea, (3) *Impatiens* Antoninus *atque* Imperii totius *cupidine instigatus, deliberat magnum aliquod,*] i. e. Fratris, in Imperio Collegæ, interitum. Huic ὁμόψηφος *Aur. Victoris* (4) Epitomator, & (5) *Eutropius*, qui ambo *Severum* Filios suos sibi successores reliquisse disertim aiunt, *Bassianum* & *Getam*. Nodum hunc *Xiphilinus* (6) ex *Dione* solvit.

(1) Spartianus *in* Severo.
(2) *Lib.* iii. *Sect.* li.
(3) *Lib.* iv. *Sect.* vii. Ὑπὸ τῆς περὶ τὴν Μοναρχίαν ἐπιθυμίας ἐλαυνόμενος.
(4) *Cap.* xx.
(5) *Lib.* viii. *Sect.* xix.
(6) Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Ἀντωνῖνος πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβε. λόγῳ μὲν γὰρ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, τῷ δὲ δὴ ἔργῳ μόνος εὐθὺς ἦρξε. *In* Caracallo.

timius Severus quodam tempore quum consuluisset ac petiisset ut sibi indicaretur quo esset successore moriturus, [4] in somnis vidit Antoninum sibi successurum. Quare statim

solvit. [*Post mortem* Severi Antoninus *totum Imperium obtinuit; nam etsi dicebat id sibi esse cum Fratre commune, tamen revera* solus statim imperare cœpit.] Tenuit ergo *Geta* Imperium cum Fratre *Bassiano*; sed nomine tantum: Hic enim solus exercuit.

4 *In somnis vidit* Antoninum *sibi Successurum.*] Vetustæ magna pars Superstitionis fuit *Divinatio*, ejusque Membrum insigne, quod per *Insomnia* fieri solebat. De illis passim Medici & Philosophi, *Hippocrates*, *Galenus*, *Aristoteles*, *Cicero*, & in eos Commentatores: *Artemidorus*, *Synesius*, *Macrobius*; & è recentioribus *Augerius Ferrerius*, *Augustinus Niphus*, *Hieronymus Cardanus*, & *Johan. Merryweather*, in notis ad Doctiss. *Thomæ Brown*, Eq. Aurat. *Religionem Medicam*; præcipue vero Doctiss. *Potterus*, in *Archæologiæ Græcæ*, (1) Novissima Editione.

Cum *Insomnia* fiunt ex rerum Imaginibus interdiu formatis, & noctu in somno sine ordine conjunctis, sive potius confusis, mirandum non est *Severum*, qui *Antoninos* summis honoribus impertivit; qui ab *Antonino Pio*, ex Formulario forensi, Fisci factus est Advocatus, (unde futuri honoris auspicium)

(1) London, MDCCVI. *Lib.* ii. *Cap.* xiii.

ſtatim ad milites proceſſit, & Baſſianum filium majorem natu, *M. Aurelium Antoninum* appellavit. 5 Quod quum

cium) qui à *Marco Antonino* latum clavum accepit; quique Filios ipſe duos habuit; de ſucceſſore *Antonino* ſomniaſſe. Porro notandum eſt, *Severum*, *Afrum*, acri & fervidiori ingenio virum, huic divinandi modo non parum indulſiſſe; quod exemplis ex (2) *Spartiano* & (3) *Herodiano* adductis, oſtendi poteſt quam plurimis. His addi poteſt *Juliam* ejus Uxorem, natione *Syram*, Inſomniis procul dubio (ex *Chaldaeorum* more, (4) qui multum per ea divinarunt) non parum attribuiſſe, & *Getæ* bellatuli ſui in favorem, à *Severo* Patre, neque tam cari filioli oſore, precibus obtinuiſſe; ut dato Illi nomine *Antonini*, Illius in Imperium *Romanum* denique ſucceſſuri, ſpem aleret: Et quidem mox à *Capitolino* traditur, quoſdam dixiſſe, *Severum* à *Julia* Uxore commonitum, hoc feciſſe. Utcunq; ſit, *Antonini* nomen *Getæ* impoſuit *Severus*, & quidem (ut ex (5) Inſcriptione prima patet) nondum annos quatuor habenti.

SALMASIUS.

5 *Quod quum feciſſet paterna cogitatione.*] Palatinus codex & vetus editio: *Quod feciſſet & paterna cogita-*

(2) *In vita* Severi.
(3) *Lib.* xi.
(4) Stanlye's *Hiſtory of Philoſophy, Part* xv. Chap. vii.
(5) *Vide in Diſſertatione Caput* de Inſcriptionibus.

quum fecisset, paterna cogitatione, vel (ut quidam dicunt) a Julia uxore commonitus, quæ gnara erat somnii, quod minori filio hoc facto ipse interclusisset aditum imperandi, etiam Getam minorem filium, *Antoninum* vocari jussit. Itaque semper ab eo in epistolis familiaribus dictus est Antoninus, quum, si forte abesset, scriberet, *Salutate Antoninos filios & successores meos.* [6] Sed nihil valuit patris matrisve cautio: Nam solus ille successit qui primus Antonini nomen accepit. Et hæc de Antonini nomine.

CAP.

cogitatione. Aliquid fortasse latet, quod conjectura non possum assequi.

6 *Sed nihil valuit patris matrisve cautio.*] Deest *matrisve* in omnibus libris. Et sane solus pater cavit ut & Geta Antoninus appellaretur.

CASAUBONUS.

6 *Sed nihil valuit patris matrisve cautio.*] Capitolinus in Gordiano tertio: *Sed publicum votum nihil valuit.*



CAP. II.

ARGUMENTUM.

Unde Nomina accepit Antoninus Geta. Severus, *primo Formularius forenſis; dein Advocatus Fiſci. Genituræ peritiſſimus.* Baſſiani *ſcomma in* Getam *execrabile.*



ETA autem dictus eſt, [2] vel a patrui nomine, vel avi paterni: De cujus vita & moribus in

MUSGRAVE.

1 GETA *dictus eſt, vel à Patrui nomine, vel Avi paterni.*] *Spartianus*, in *Severo*, ait, ei Patrem eſſe *Getam*, & Fratrem *Getam* eum extuliſſe. Sed ab Avo in Nepotem (non à Patruo) nomen *Getæ* derivari

in [3] vita Severi Marius [4] Maximus primo ſeptenario ſatis copioſe retulit. Fuit autem Antoninus Geta etiam

rivari conſtat, & à *Schotti* (1) *Victore* verbis expreſſum eſt.

CASAUBONUS.

2 *Vel à patrui nomine, vel avi paterni.*] De utroque habetur mentio in vita Severi. Ab avo autem potius quam à patruo Getam nomen habuiſſe, Victori aſſentior. Nam ita erat moris.

MUSGRAVE.

3 *Vita* Severi.] Quæ genuina lectio. Vocibus his interpoſitum *&*, in editione *Boxborniana*, plane παρέλκει : Quapropter in editione *Hackiana*, & hac noſtra omittitur.

4 *Marius Maximus.*] Plurimi fuere *Maximi*, de quibus (2) *Ger. Joh. Voſſius*. Hic autem *Marius*, affirmante *Valeſio* (3) ad *Ammianum Marcellinum*, fuit, Imperante *Macrino*, Præfectus urbi. Vitas ille *Trajani*, *Hadriani*, *Ælii Veri*, *Antoninorum*, *Pii* & *Marci*, *Commodi*, *Pertinacis*, *Severi*, *Heliogabali*, *Alexandri*, (ut patet ex *Hiſtoriæ Auguſtæ*

C 2 Scrip-

(1) *Cap.* xx.
(2) *De Hiſtoricis Latinis*, *Lib.* xi. *Cap.* iii.
(3) *Lib.* xxviii.

etiam ob hoc ita dictus, quod in animo habuit Severus ut omnes deinceps principes quemadmodum *Augusti*, 5 ita etiam *Antonini* dicerentur

Scriptoribus) composuit: Infra vero *Alexandrum Severum*, neminis. Unde non sine ratione, proxime post *Severi* hujus tempora, illum vixisse, quidam opinantur. *Politianus* conqueritur, ejus opera intercidisse. Contra, *Vopisci* & *Vossii* sententia, possumus eo carere; præcipue, si *Ammiano* fides habeatur; (1) *Quidam*, enim ait, *detestantes, ut venena, doctrinam*, Juvenalem *&* Marium Maximum *legunt, nulla volumina, præter hæc in profundo otio contrectantes.*] Videtur Historiam in Classes divisisse, quarum singula vitas septem comprehenderet; in quarum prima Classe, sive *primo Septenario*, de *Septimii Severi* vita & moribus: Et quidem, si *Pium* & *Marcum Antoninos*, unum putemus, *Severus* ille primæ Classis erit postremus.

5 *Ita etiam* Antonini *dicerentur.*] Nulla fere Domus Regia est, cui nomen aliquod præ ceteris non acceptum Habuit *Ptolemæos Ægyptus*; *Antiochos, Syria*; *Augustos*, & deinde *Antoninos*, ordine perpetuo *Roma*; discreto, Συνωνύμους Imperatores aut Reges plerosque Natio fere omnis: Quo nimirum, ad majores commemorandos imitandosque, crebra eorum appellatione, posteri incitentur.

GRUTE-

(1) *Lib.* xxvii.

rentur : [6] atque [7] amore Marci quem

GRUTERUS.

6 *Atque amore Marci, quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat.*] Oratio hiulca, ſi non & fracta. certe Pal. tantum habet, *atque amore Marci vel fratrem ſem dicebat*, ſuperſcriptumque poſtea *&*, ut fieret *ſemet*, quæ ſcriptura ſuam quoque habet rationem.

SALMASIUS.

6 *Atque amore Marci quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat.*] Manifeſta vitii tenetur hæc lectio, quod non ſolum hiſtoria, ſed etiam vetus ſcriptura prodit, quæ ſic concipitur : *atque amore Marci vel fratrem ſuum ſeni dicebat.* Ita enim Palatinus, quem & κτ᾽ πόδα ſequitur vetus editio. Quæ habet : *Atque amore Marci vel fratrem ſuum ſemet dicebat.* Quæ & lectio non minus mendoſa eſt quam vulgata fortaſſean ſic emendandum, quod in animo habuit Severus, ut omnes deinceps principes quemadmodum Auguſti ita etiam Antonini dicerentur : *idque amore Marci cujus filium ſemet dicebat*, quæ & lectio non minus emendan- *cujus filium ſemet dicebat, & cujus philoſophiam litterarumque inſtitutionem ſemper imitatus eſt.* Quod ad ſenſum attinet, non potuit melius : Quantum ad verba, etſi paulo longius recedunt à vetere ſcriptura, non aliter conſtitui poſſe exiſtimo. Compendioſe & ſingulari littera ſcriptum fuit *F*, quæ filium ſignificat & fratrem. Sciolus aliquis ut illam

quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat, & cujus philoſophiam literarumque inſtitutionem ſemper imitatus eſt. Dicunt aliqui, [8] non in Marci hono-

illam exponeret, ad oram codicis ſui adpoſuerat, *vel fratrem*, quo indicabat litteram ſingularem, *filium* denotare vel *fratrem*. Quæ poſtea verba in contextum temere irrepſerunt.

CASAUBONUS.

7 *Amore Marci, quem fuiſſe vel fratrem ſuum dicebat.*] Hoc eſt, in cujus familiam tranſire volebat Severus, & videri Marci frater. Sed falſum eſt de fratre: Nam Severus, ait Dio, Μάρκου υἱὸν, καὶ τοῦ Κομμόδου ἀδελφὸν ἑαυτὸν ἔλεγε. Scribendum igitur, *vel patrem, vel fratrem ſuum d.*

MUSGRAVE.

8 *Non in* Marci *honorem tantum——Sed in ejus qui* Pius *cognominatus eſt.*] Rationum neutra improbabilis, ſed cum *Severi* in Philoſophiam amore longe major fuit Ambitio, (cui gratus in benefactorem animus addi poteſt, hortante Philoſophia) *Antonini Pii* ergo potiſſime, *Severus* Filios *Antoninos* appellaviſſe judicetur.

SAL-

honorem tantum Antonini nomini delatum, [9] quum id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit, ſed in ejus qui Pius cognominatus eſt Adriani ſcilicet ſucceſſoris: Et quidem ob hoc [10] quod Severum

SALMASIUS.

9 *Quum id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit.*] Illud, *hoc nomen*, ex Gloſſa eſt. Dele & lege: *Dicunt aliqui non in Marci honorem tantum Antonini nomini delatum, quum id Marcus adoptivum habuerit.* Perperam legit Palatinus codex: *Cum id Marcum adoptivus habuerit.* At vet. ed. *Cum id Marcus adoptivus habuerit.*

GRUTERUS.

9 *Cum id Marcus adoptivum habuerit.*] Sequutus ſum veſtigia exemplaris Palatini, in quo, *cum id Marcum adoptivus habuerit.* Vulgati amplius, *cum id Marcus hoc nomen adoptivum habuerit,* nimium verboſe.

MUSGRAVE.

10 *Quod* Severum *ille ad Fiſci advocationem delegerat ex Formulario forenſi.*] *Formulæ* ſolennium verborum

verum ille [11] ad fiſci advocationem

verborum conceptiones ſunt, quibus eadem in re Populus *Romanus* uti conſueverat. Qui eas compoſuit à *Cicerone* [*Formularum Cantor*] ſed ex opprobrio, dictus eſt; à *Quintiliano* [*Formularius.*] Erat hujuſce numeri *Severus*, nimirum *Formularius* I. C. *Anglice* [*A Lawyer, who practiſes the Drawing of Writs.*] Ex humili iſthac conditione, ad Fiſci Advocationem ab *Antonino Pio* promotus eſt. Advocatus Fiſci dicitur, qui ab Imperatore delectus, pro eo poſtulaturus eſt, quotieſcunque de Fiſci intereſſe ageretur. De ejus Officio & Privilegiis, vide Codicem *de Advocato Fiſci.* Doctiſſimo *Salmaſio* diſplicet hæc locutio [*deligere aliquem,* ex *Formulario forenſi, ad Fiſci advocationem.*] *Quis*, inquit, *ſic loquitur?* Ille *Formularia* mavult. At, O bone *Salmaſi*, quis ſic loquitur? Certe τȣ̃ *Formularii* bonum & idoneum auctorem habemus, nempe *Quintilianum*: Sed *Formulariæ*, quod ſciam, neminem. Neque eſt, quod iſta locutio tam offendat aures: Annon ita (1) *Cicero*, [*Et mares & fæminas complures ex Hominibus in Deum numero eſſe videmus.*] Nihil illo (2) *Terentii* clarius

[*Feci ex ſervo, ut eſſes Libertus mihi.*]

CASAUBONUS.

11 *Ad fiſci advocationem delegerat ex formulario forenſi.*] Ex corpore advocatorum qui in diverſis foris poſtulabant, elegebatur advocatus fiſci. Sed

(1) *De Conſolatione.*
(2) *Andria.* I. I. x.

nem [12] delegerat ex formulario forensi, quum ad tantos processus ei patuisset dati ab Antonino [13] primi gradus vel honoris auspicium; simul

Sed Severo caussidicinam exercenti, *parum commodavit forum*, ut ait Victor. Ideo auctor hic vocat formularium forensem.

SALMASIUS.

[12] *Delegerat ex formulario forensi.*] *Ex formularia forensi*: Palat. at vet. ed. *ex formula forensi.* Utrumque mendose. Mira tamen mihi videtur hæc locutio, *deligere aliquem ex formulario forensi ad fisci advocationem*, pro ex numero formulariorum deligere. Quis enim sic loquitur? an formulariam pro turba formulariorum dixit? Puto magis formulariam heic appellari, actum & officium formularii, ut vicaria dicitur, officium & dignitas vicarii, & comitiva, comitis. Delegit igitur Severum Marcus ex formularia forensi, quam agebat, eique fisci advocationem commisit. Omnino hanc veram lectionem mihi esse persuadeo, ut vulgatam falsam & mendosam.

CASAUBONUS.

[13] *Primi gradus vel honoris auspicium.*] Aurelius Victor: *Quod ex illo post multos dubiosque eventus,*

 auspicia

ſimul quod nemo ei videretur felicior imperator ad commodandum nomen, eo principe cujus proprium nomen jam per quatuor principes cucurriſſet. De hoc eodem Severus [14] gnarus genituræ illius, cujus, ut plerique Afrorum, peritiſſimus fuit, dixiſſe fertur, *Mirum mihi videtur, Juvenalis amantiſſime, Geta noſter divus futurus, cujus nihil imperiale in genitura video.* Erat enim Juvenalis

auſpicia honorum cepiſſet, patrocinio fiſci. Sed de Marco ille, non de Pio, loquitur.

MUSGRAVE.

[14] *Gnarus Genituræ illius.*] Verbum Mathematicum *Ammiano Marcellino, Suetonio,* & ævi Auguſtæi Poetæ *Manilio* in uſu; quod eam Aſtrologiæ divinatricis partem ſignificat, quæ ex ſtellarum aſpectu mutuo conſtitutioneque, de rebus humanis ſtatuit: docet Ἀποτελέσματα, ſive effectus ſiderum, tam de Urbibus & Imperiis, quam de privis Hominibus; unde dicitur Ἀποτελεσματική: docet Hominum Γενέθλια, ſive Natalitia; unde Γενεθλιακὴ, & eam docentes Γενεθλιακοὶ, i. e. *Caſters of Nativity*: Qui ex compoſitione ſiderum tem-

venalis præfectus ejus prætorio. Nec eum fefellit. Nam Bassianus quum eum occidisset, ac vereretur tyrannicam ex parricidio notam, audiretque posse mitigari facinus si divum fratrem appellaret, dixisse fertur,

tempore Nativitatis, hominum ingenia, mores, studia, matrimonia, fortunam, exitum, ne dicam vitæ genus omne, prædicere se posse gloriantur. Horum e numero fuit *Severus* Imp. *Afer* natione; quæ huic Mathesi (ab *Atlante*, *Mauritaniæ* Rege, secundum aliquos inventæ) plurimum addicta, indigenam suum illa imbuit: De *Getæ* fortuna sollicitus *Severus*, Genituræ ejus Thema condidit; in quo cum illum Divum futurum esse prænovisse visus est, quod deinceps evenit, doctrinæ huic, utut revera conjecturali, fidem & auctoritatem conciliare quodammodo videatur. At falsus est hoc ipso Themate *Severus*; quando *Geta*, cujus in eo nihil Imperiale vidit Astrologus, factus est Imperator. De hujus Artis ambiguo, vide inter alios *Josephi Scaligeri* Prolegomena ad *Manilium*. Interea non ex omni parte rejicienda, de siderum conjunctione eorumq; in Humana corpora influxu disciplina; quando in ea Solis & Lunæ conjunctorum imperium, à Doctissimo (1) *Rich. Mead* dilucide explicetur.

D 2 15 *Sit*

(1) *In Dissertatione,* De Imperio Solis ac Lunæ in Corpora Humana, & Morbis inde oriundis.

tur, [15] *Sit divus, dum non ſit vivus.* Denique eum inter divos retulit, atque ideo utcunque rediit cum fama in gratiam paricida.

C A P.

[15] *Sit divus, dum non ſit vivus.*] In omni quaqua patet literatura, vix quicquam hoc dicto execrabilius.

[1] *Natus*



CAP. III.

ARGUMENTUM.

Quibus Coss. natus Geta. *Qua de causa* Juliam *duxit in uxorem* Severus. *De* Getæ *tum Imperio, tum Morte, omina,*

[1] 

NATUS est Geta [2] Severo & Vitellio coss. Mediolani, etsi aliter alii prodiderunt, VI. Calend. Junias, ex Julia quam idcirco [3] Severus

CASAUBONUS.

[1] *Natus est Geta Severo & Vitellio Coss.*] Suffectis. nempe. ut quærendum sit quibus consulibus isti fuerint Coss.

MUS-

verus uxorem duxerat quod eam in genitura habere compererat ut regis uxor esset isque privatus, sed jam optimi in Repub. loci. Statim ut natus est, [4] nuntiatum est ovum galli-

MUSGRAVE.

[2] *Severo & Vitellio Coss.*] Sed ut rectissime *Casaubonus*, suffectis: Nam ordinarii eo anno, ut ex Eminentissimi *Norisii* Anonymo Scriptore patet, fuere *Imp. L. Aurel. Commodus* VI, & *Petronius Septimianus.* Anno Scil. U. C. 942, post. N. C. 190.

[3] SEVERUS [*Juliam*] *uxorem duxerat, quod eam in genitura habere compererat, ut Regis Uxor esset.*] Adeo superstitioni deditus est *Severus*, ut Astris inconsultis, sine Auguriis, aut Ominibus observatis, vix quicquam unquam est aggressus. Plenum est hoc Caput Ominibus; quæ de utraque Filii *Getæ* fortuna, tam imperio, quam etiam morte, sunt: Unde proculdubio Patri ambitioso, & suis indulgenti, satis anxietatis, spei metusque plus nimio.

CASAUBONUS.

[4] *Nuntiatum est ovum gallinam in aula peperisse purpureum.*] Lampridius in Alexandro: *Omen fuit, quod ovum purpurei coloris eadem die natum, qua ille natus est, Palumbinum:* ἀρχαϊσμὸς est, *in aula;*

gallinam in aula peperisse [5] purpureum. Quod quum allatum Bassianus frater ejus accepisset, & quasi parvulus applosum ad terram fregisset, Julia dixisse fertur joco, [6] *Maledicte*

aula, pro in olla. Ut apud Plautum, nam sic omnes codices.

MUSGRAVE.

5 *Purpureum.*] Quæ de *Purpureo*, sive Ovo, seu Vellere, sunt omina, censentur Imperium promittere; cujus est insigne *Purpura.* [*Sedens cum Purpura & Sceptro, & Insignibus illis Regiis.*] (1) *Cicero.* Obiter notare licet, *Purpuram*, (i. e. conchylii succum, quo, è *Syro præcipue*, prisci vestes solebant tingere) à (2) *Pancirollo* habitam in rebus deperditis, ante annos circiter triginta, in natali nostro, Freti *Sabriniani* litore *Somersettensi*, non procul à *Minehead*, denuo fuisse inventam (3), & ob ejus excellentiam in exteras nationes, ad summæ dignitatis viros, eorum ex mandato, missam.

CASAUBONUS.

6 *Maledicte parricida, fratrem tuum occidisti*] *Maledictus* pro ἐπικατάρατος quomodo hic accipitur, proprium

(1) *Oratione pro Pub. Sextio. Cap.* xxvi.
(2) *Rerum memorabilium deperditarum, parte priore, Tit.* i.
(3) *Vide, hac de re,* Guilh. Cole *Epistolam, inter Acta Philosophica, à nobis edita, No.* 178.

ledicte [7] *paricida, fratrem tuum occidisti.* Idque joco dictum, Severus

proprium est scriptorum Christianorum verbum. Sed gliscente Christianismo, ceperant pridem & locutiones illorum ab aliis quoque usurpari: Qua de re plura alibi, si Deus voluerit.

SALMASIUS.

[6] *Maledicte parricida fratrem tuum occidisti.*] *Maledictus*, κατάρατος. Aristophanes: Ὡς σεμνὸς ὁ κατάρατος. In veteri poëmate nondum edito *maledictus* sic accipitur:

Pauperis omne nefas, facile scelus aptus ad omne:
In pretium pronus, despector numinis, audax,
Vilis, inops, scævus, turpis, temerarius, ardens,
Perditus, abjectus, maledictus, sordidus, amens.
An non sunt isti, quorum de nomine multi
Ducere concessis dum nolunt artibus ævum,
Cædibus infamant silvas, & crimine cauto
Insidias tendunt domibus, gregibusque rapinas?

MUSGRAVE.

[7] *Paricida.*] Magna lis est inter Grammaticos, de vocis hujus Orthographia; simplicine litera canina scribi, an cum duplici oporteat: Qui à *Patriscida* illam derivant, mutata *t* in *r*, eam geminant; qui vero à Parentis vel Paris cæde, una sunt contenti *r*. Utraque defendi potest sententia; sed hæc facillime: Nam *Paricidium* non tantum *Patris*

rus altius quam quiſquam præſentium accepit: A circunſtantibus autem poſtea velut divinitus effuſum approbatum eſt. Fuit etiam aliud Omen. Nam quum in villa cujuſdam Antonini plebeji hominis, agnus natus eſſet, qui vellus in fronte purpureum haberet, eadem die atque hora qua Geta natus eſt, audiſſetque ille ab aruſpice, poſt Severum Antoninum imperaturum, ac de ſe ille

Patris cædem, ſed utriuſque Parentis, ſed Fratris, (ut hoc loco) Sororiſque, imo *Patris* qualiſcunque hominis, ſignificat: Id quod ita fuiſſe indicat (1) Lex *Numæ Pompilii* Regis, his compoſita verbis [*Si quis hominem liberum dolo ſciens morti duit*, Paricida *eſt*.] Deinde, grave quodlibet delictum admittens, facili Metonymia, dicitur *Paricida*. Ita enim xii. Tabb. ſummæ, (2) apud *Ciceronem*, [*Sacrum, ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritque*, Paricida *eſto*.] Leges *Anglicanæ* aliquanto planius, hominem inſignite improbum, ob facinus ingens aliquod patratum, non ſtatim appellant Perduellem, ſed *tanquam reum Perduellionis* (*as in the Caſe of Treaſon*) *eum puniri creberrime ſtatuunt*.

(1) *Vide Feſtum, in Parci Quæſtores.*
(2) *De Legg. Lib. ii.*

ille auguraretur, ſed tamen [8] tale fati timeret indicium, ferro eum adegit: Quod & ipſum ſigno fuit, Getam ab Antonino interimendum, ut poſtea ſatis claruit. Fuit etiam aliud omen ingens poſtea, ut exitus docuit hujus facinoris quod evenit. Nam quum infantis Getæ [9] natalem Severus commendare vellet, hoſtiam popa nomine Antoninus percuſſit: Quod tunc nec quæſitum nec animadverſum, poſt vero intellectum eſt.

CAP.

CASAUBONUS.

[8] *Tale fati timeret indicium.*] Scribo' *talis fati.*

[9] *Natalem Severus commendare vellet.*] Vide ad vitam Hadriani.

[1] *Fuit*





CAP. IV.

ARGUMENTUM.

A natura decorus, tractator: gulosus, lenis Geta: *Bassiani* crudelitas.

[1] FUIT adolescens [2] moribus asperis, sed non impiis, [3] a natura decorus, [4] tractator, [5] gulosus, cupidus ciborum & [6] vini varie conditi.

GRUTERUS.

1 *Fuit adolescens moribus asperis, sed non impiis, à natura decorus, tractator*, &c.] Locus minus sanus, modo si non mentitur Palatinus, in quo exstat: *Fuit adolescens decorus, moribus asperis, sed non impius. Anarboretractor.* Quæ vox ultima omnino monstrosa. Quærendum tantum venit, an ita omnia possint inverti: *Fuit adolescens decorus, moribus asper, sed non impius, à natura tractator.* De

 quo

quo judicabunt otiosi, atque aliquid boni fingent ex illo *anarbore*.

SALMASIUS.

[1] *Fuit adolescens moribus asperis, sed non impiis, à natura decorus.*] Hæc longissime recedunt à vestigiis veteris scripturæ omnium librorum tam antiquitus excusorum quam manu exaratorum, qui sic habent : *Fuit adolescens decorus, moribus asperis sed non impiis. A narbo retractator, gulosus,* &c. Quæ partim recte habent, partim adhuc in vitio sunt. Nihil autem illis corruptius : *A narbo retractator.* Quod vitium ut tollerent, ima summis miscuerunt. Primum enim *à natura* pro *à narbo* legerunt. Deinde ut correctio posset subsistere revocaverunt illud *decorus*, ex initio periodi, ut convenire posset cum illo *à natura*. Nobis non licet esse tam licenter audaculis. Vitiosum autem illud *narbo* fortasse mutandum in *nario*. *Nariones* enim dixerunt subsannatores, quique naribus uncis omnia suspenderent. Glossæ Isidori : *Nario subsannans.* In Glossis veteribus : *Nario, subsannator.* Græci ῥινᾷν id vocarunt, nempe naso suspendere, & deridere. Ælianus de parasito : καὶ ὁ μὲν Μενάνδρου Θήρων μέγα φρονεῖ ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχεν. Quod verbum perperam ἀπὸ τῆς ῥίνης factum vult vir eruditissimus suis in Varronem conjectaneis, & limare interpretatur, cum sit ἀπὸ τῶν ῥινῶν, à naribus. Verba autem parasiti illius Menandrici, apud veterem Grammaticum repperi ex Menandro :

—— ἔγωγ' ἐπίσταμαι
Ῥινᾷν ——

& ex-

& explicat ῥινᾶν, ἐξαπατᾶν. Suidas: ῥινῶ ῥινήσω, μυκτηρίζω. ῥινώμενος, μυκτηριζόμενος. Inde *nario* vox Latina pro derisore, & omnia naribus uncis suspendente. Quod verbum locum heic potest habere. Subeunt mihi & aliæ conjecturæ, quarum nullam huic merito possum anteferre. Divinent melius acutiores sagacioresque & illorum sit πυραμοῦς.

4 *Tractator gulosus.*] Tractare dicebantur philosophi disputantes, sophistæ, Rhetores, Jurisconsulti, & id genus. *Tractatorem* tamen pro locutuleio heic accipere nolim, & prætulerim merito scriptam lectionem, *retractator*. Quod verbi magis convenit moribus asperis illius juvenis quam *tractator*. Nam potest accipi pro illo qui nunquam libens in alicujus sententiam descendat, sed semper retractet, & sui quodammodo moris sit. *retractare* enim est recusare & reniti contra alicujus voluntatem. Posset etiam *retractator* ille intelligi qui sæpius de eadem re tractare amet. Utravis significatione heic positum accipias, omnino *retractator* hoc loco melius quam *tractator*. In priore tamen significatu accipi malim.

MUSGRAVE.

2 *Moribus asperis.*] *Capitolinus* annos quasi nonaginta fuit *Geta* posterior; itaque multa de eo parum accurate tradidit. nonnulla false. *Moribus asperis* fuisse *Getam* affirmat; at *Herodianus*, qui fuit *Getæ* æqualis, *moderatum*, & *lenem in congressibus*; *placidum* præterea *in omnes, atque humanum*. Utri horum potius habenda fides, non difficile erit judicare.

Sed non impiis.] Uti *Taras*, ad quem respicere videtur Auctor. Ille enim teste (1) *Spartiano*, fuit

(1) *In* Caracallo. *Cap.* ix.

fuit *male moratus*, & ut (1) *Dio* refert, *nihil cogitavit boni ; neque enim didicerat : Id quod ipſe fatebatur.*

3 *A natura Decorus.*] Hoc oſtendit *Getæ* ſtatua (ſi modo *Getæ* ſit) dudum *Aquis Solis* effoſſa ; & Numiſmata, de quibus non eſt dubitandum ; præcipue, quod è Theſauro *Pembrokiano* mecum eſt communicatum ; de quo in Diſſertatione annexa ; quoque nihil ſuavius delicatiuſve ; nihil, poſt tot annorum ſecula, pulcrius amabiliuſve.

4 *Tractator.*] Quid de hoc vocabulo ſentiere viri longe Doctiſſ. *Caſaubonus*, & *Salmaſius*, alibi dictum eſt. Clariſſ. (2) *Seldenus* ait, [*tractator*, quaſi *Scholaſticus.*] Id eſt, qui in umbra otioſe circa fictas Hypotheſes ſe occuparet : vide *Pitiſcum* ad Tranquilli, lib. de claris Rhetoribus, cap. vi. *Tractator* hic *Ardelio*, πολυπράγμων, (niſi male judico) qui omnibus ſe negotiis immiſcuit : Quod utique *Getæ* tam Ingenio, quam Ætati conſonum.

CASAUBONUS.

4 *Tractator.*] Locutuleius & ἀδόλεσχος. Nam tractare dicebantur philoſophi cum ſcholam haberent ac docerent. Servius, *Xenocrates primus philoſophiæ ſcholam aperuit ; cum antea in porticibus philoſophi tractarent.* Inde apud veteres patres *tractatores* paſſim dicuntur, qui Dei verbum vel voce vel ſcriptis exponerent.

MUS-

(1) Οὐδὲν γὰρ [Ἀντωνῖνος] τῶν καλῶν ἐλογίζετο. οὐδὲ γὰρ ἔμαθέ τι αὐτῶν, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγει. *Xiphilini* Caracallus.

(2) *Ad Fletam Diſſertatione, Cap.* iv. *Sect.* ii.

conditi. Hujus illud pueri fertur insigne, quod quum vellet partium diversarum viros Severus occidere, & inter suos diceret, *Hostes vobis eripio*: Consentiretque adeo usque Bassi-

MUSGRAVE.

[5] *Gulosus.*] *Xiphilinus*, ex *Dione*, tradit in *Severo*, quod τούς τε παῖδας ἐκδιαιτωμένους ὁρῶν, i. e. *Filios intemperantes esse videns*, secum in *Britanniam* eos cum exercitu duxit: Ut nimirum à *Romæ* deliciis procul abessent, & Castrorum duro vitæ generi se assuescerent.

[6] *Vini varie conditi.*] Vina, additis Aromatibus, aliisque rebus odore saporeque gratis, antiqui palato grata reddidere, & *Condita* appellavere. Anisum, hunc in usum, Cinamomum, Zinziber, Piper, Nucem Moschatam, Florem Rorismarini, Spicam, Absinthium, aliaque hujusmodi adhibuere, & pro eorum *varietate* Vinum fuit *varie Conditum.* De Vini *Condituris* vide Dioscoridem. Lib. v. Cap. ix. *Plinii* Nat. Hist. Lib. xiv. Cap. xix. xx. *Oribasii* medicinalium Collectaneorum Lib. v. Cap. vi. *Ætii* tetrabibli primæ Sermonem tertium. *Apicii Cœlii*, Lib. i. Capp. i. ii. *Columellam* de R. R. Lib. xii. Cap. xxviii. *Palladium* de R. R. T. xiv. *Cassiani Bassi* Geoponicorum Lib. vii. Cap. xiii. Lib. viii. C. xxxi. *Nic Myrepsum*, Sect. xxvii.

IDEM fere Vinum antiquorum *Conditum*, atque nostrorum hominum *Hippocraticum*, sive *Claretum*: De quo passim Pharmacopœæ.

Baſſianus ut eorum etiam liberos ſi ſibi conſuleret, diceret occidendos, Geta interrogaſſe fertur, quantus eſſet interficiendorum numerus: Quumque dixiſſet pater, ille interrogavit, *Iſti habent parentes, habent propinquos?* [7] quum reſponſum eſſet, [8] habere complures: [9] *Ergo*

GRUTERUS.

[7] *Cum reſponſum eſſet, habere complures. Ergo in civitate, ait, plures erunt triſtes.*] Aliter & iſthæc Palat. nempe: *Eſſet, haberet. complures ergo in civitate triſtes erunt.* Forte, *eſſet, habere, ait, Complures ergo in civitate triſtes erunt quam læti,* &c.

SALMASIUS.

[8] *Habere complures, ergo in civitate,* ait, *plures erunt triſtes quod vicimus.*] Palatinus: *Habere complures ergo in civitate erunt triſtes quam læti quod vicimus.* Nec ſecus editio Mediolanenſis, quæ minime agnoſcit illud alterum *plures.* Totum igitur locum ſic legendum & diſtinguendum judico. *Geta interrogaſſe fertur, quantus eſſet interficiendorum numerus. Quumque dixiſſet pater, ille interrogavit, iſti habent parentes, habent propinquos? Quum reſponſum eſſet habere: Plures ergo in civitate, ait, erunt triſtes quam læti quod vicimus.*

[9] *Ergo*

[9] *Ergo in civitate*, ait, *plures erunt triſtes quam læti quod vicimus.* Et obtinuiſſet ejus ſententia, niſi Plautianus præfectus vel Juvenalis inſtitiſſent ſpe proſcriptionum, ex quibus ditati ſunt. His accedebat Baſſiani fratris nimia crudelitas: Qui quum contenderet [10] & diceret quaſi joco, quaſi ſerio, omnes cum liberis occidendos partium diverſarum,

MUSGRAVE.

[9] *Ergo in Civitate plures erunt triſtes, quam læti quod vicimus.*] Mirus hiſce verbis elucet animi Candor & Clementia, quæ *Baſſiani* crudelitate, ſtatim expreſſa, valde commendatur.

CASAUBONUS.

[10] *Et diceret quaſi joco, quaſi ſerio.*] Fortean, *quà joco, qua ſerio*, ſed poteſt vulgata ferri.

SALMASIUS.

[11] *Potes etiam fratrem occidere.*] *Potes & fratrem occidere.*

rum, Geta ei dixisse dicitur, *Tu qui nulli parcis,* [11] *potes etiam fratrem occidere.* [12] Quod dictum ejus tunc nihil, post vero præsagio fuit.

CAP.

SALMASIUS.

[3] *Matri amabilior quam frater.*] Mater ergo Antonini Caracalli Julia; ut & Antonini Getæ: Non enim mirum, si filius matri suæ amabilior quam novercæ. Videantur quæ supra notavimus.

CASAUBONUS.

[12] *Quod dictum ejus, tunc nihil.*] Nempe ominis visum habere. Capitolinus in Maximo & Balbino: *Id eo tempore nihil visum est ominis habere: Sed non sine causa factum probavit imperium.* Sic scribit Dio Cassius visum sibi Caracallum παραχρῆμα μὲν ἄλλως ἀπολεληρηκέναι versiculos Euripidis quos recitat: Sed mox, καὶ πάνυ κεχρησμῳδηκέναι τρόπον τινὰ τὰ συμβησόμενα. Idem accidit in plerisque ominibus quæ narrantur ab historicis.

[1] *Tenax,*





CAP. V.

ARGUMENTUM.

Literarum amans, Fratri invisus, Matri carus, Elegantiæ in Vestitu, Proprietatis in Vocibus Animalium exprimendis, Scriptorum Sammonici *fautor, in jubendis per literas initiales prandiis singularis fuit* Geta.



FUIT in literis assequendis & [1] tenax veterum scriptorum, & paternarum etiam sententiarum memor,

MUSGRAVE.

[1] *Tenax veterum scriptorum & paternarum etiam sententiarum memor.*] *Severus*, etiamsi *Afer*, tam Græce quam Latine doctus, Filios non solum

mor, [2] fratri semper invisus, [3] matri

Honoribus & Divitiis augeri, sed & Literis ornari voluit. Bello (1) *Parthico* jam ad finem perducto, iis erudiendis studiosius incubuit; *Papiniano, Juris Asylo & Doctrinæ legalis thesauro,* (sic à (2) *Spartiano* dicitur) præcipue commendavit; instituto certe laudabili, & Patre & Imperatore digno: Quod si in usum communem traheretur, mirum quantum inde fructus oreretur & Principi & Populo: Hinc enim tutius esset *Utrique suum.* Veterum scripta eos doceri curavit Pater, quorum hic *tenacem Getam* asserit Historicus: Utque *Severus Marci Antonini* Philosophiam, Γνώμαις scatentem, imitatus est, Paternarum etiam Sententiarum memor fuit *Geta.*

[2] *Fratri semper invisus.*] Inveterati hujus odii causas *Spartianus* tetigit, inquiens, [Getam *sui mores reipub. inviderunt.*] Et [*Prorsus nihil inter Fratres simile.*]

CASAUBONUS.

[3] *Matri amabilior.*] An *patri*? Nam de matre nihil mirum: Cum illa huic vere mater, *Bassiano noverca* esset. Nisi tamen hic auctor aliter sensit, diversus etiam in hoc à Spartiano.

GRUTERUS.

[3] *Matri amabilior quam frater.*] Ita Pal. & videtur sane hic auctor Juliam quoque facere matrem Caracalli

(1) *Herodian.* *Lib.* iii. § xxxii.
(2) *In vita Severi.*

tri amabilior quam frater, [4] ſubbalbe tamen canorus. [5] Veſtitus nitidi cupidiſſimus, ita ut patri doleret:

Caracalli: Unde ſupra habuimus Cap. iii. *&* *quaſi parvulus.* Sed idem tamen *novercam* nominat infra capite vii, adeo ut nihil dicere habeam, quam compilaſſe hanc ſuam hiſtoriam ex auctoribus diverſis, quorum hi Baſſianum privignum conſtituerant, iſti filium; de quibus conſulatur ille noſter Caſaubonus, in electis vere notis ad Caracalli caput novum. Eidem quoque Caſaubono adſentior, alium videri auctorem hujus Getæ, alium vitæ Caracalli.

MUSGRAVE.

[4] *Subbalbe tamen canorus.*] Παρέλκει *tamen.*

CASAUBONUS.

[4] *Subalbè can.*] *Subbalbe.*

SALMASIUS.

[5] *Veſtitus nitidi cupidiſſimus ita ut patri doleret.*] Mirum patri doluiſſe quod filius eſſet veſtitus nitidi cupidiſſimus. Vitium manifeſtum arguit vetus ſcriptura quæ habet, *ita ut patri doleret.* Quod & prima editio retinuit. Vitium video, emendationem non item, quam fortaſſe alii odorabuntur, ſagacioris naſi qui erunt. Nunc properamus, & ad alia pergimus.

[6] *Siquid*

leret: [6] Siquid acciperet a præsentibus, id ad suum contulit cultum, neque quicquam cuipiam dedit. [7] Post Parthicum bellum pater quum ingenti gloria floreret, Bassiano participe imperii appellato, Geta quoque Cæsaris & Antonini, ut quidam dicunt, nomen accepit. Familiare illi fuit has quæstiones grammaticis proponere, ut dicerent, [8] singula animalia quomodo vocem emitterent, velut, *Agni balant*, *porcelli*

MUSGRAVE.

[6] *Siquid acciperet à præsentibus.*] Annon legendum *acciperet à Parentibus*?

[7] *Post* Parthicum *Bellum* Geta Antonini *nomen accepit.*] Quod enucleate ex Inscriptione prima patet.

[8] *Singula animalia quomodo vocem emitterent.*] His addi possunt ejusmodi alia, ut lepus *vagit*; Bubo *ululat*; Serpens *sibilat*; Canis *ringit*, *ringitur*; Cuculus *cuculat*; Pullus *pipit*; Mus *mintrat*; Anser *gingrit*; Gallina *Glocitat*; Corvus *crocitat*; Cornix *cornicatur*, cum istiusmodi aliis; quæ suppeditat Latinæ Linguæ ubertas. Hisce quæstiunculis suos torquere, vexare, & ad incitas redigere solebat tractator *Geta*.

SAL-

celli grunniunt, [9] *palumbes minurriunt,* [10] *urſi ſæviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt,* [11] *aſini rudunt, tauri mugiunt,* eaſque

SALMASIUS.

9 *Palumbes minarriunt.*] Minurire quidem, vel minurrire avicularum proprium, quarum *minuritiones* dicuntur teſte Pompejo & auctore veteris vocabularii. At palumbes non minuriunt ſed *minarriunt*. Et ita hoc loco vetere adſtipulante ſcriptura legendum. Poſt, *Palumbes minarriunt*, ſequitur in Palatino, *porci grunniunt*. Sed jam præceſſit, *porcelli gruniunt*. Nihil igitur opus hac repetitione.

10 *Urſi ſæviunt.*] Habeo penes me paginam manuſcriptam veteris fragmentum vocabularii, in qua diverſorum voces animalium exponuntur, quam hoc loco propoſuiſſem & explicaſſem ſi per otium mihi licuiſſet. In eo igitur inter alia legebatur, *urſi*, *uncare vel ſervire*. Sed mendoſum, ut opinor, pro *ſævire*. Ex principe autem pöetarum id ſumptum cujus hæc ſunt :

—— atque in præſepibus urſi
Sævire, & formæ magnorum ululare luporum.

11 *Aſini rudunt.*] Optimus Palatinus : *Ragiunt.* Quod alibi memini legere dictum de aſinis.

GRUTE-

que de veteribus approbare. [12] Sereni Sammonici libros familiarissimos habuit, quos ille ad Antoninum scripsit. [13] Habebat etiam istam consuetudinem, ut convivia & maxime [14] prandia per singulas literas

GRUTERUS.

11 *Asini rudunt.*] Pal. *Ragiunt.*

MUSGRAVE.

12 *Sereni Sammonici libros.*] Fuit hic, *Casaubono* teste, *Sereni* nostri, cujus hodie de medicina exstant *Præcepta Saluberrima*, Pater.

13 *Habebat consuetudinem, ut Prandia per singulas literas juberet.*] Hoc in Pueritia fecit; est enim plane puerile. Longe melius Cœnam *Apolline* suo *Lucullus* jussit, quam *Geta* Alphabeti literis Prandia. At omnium festivissima est ingeniosi ista *Galli* Prandiorum Ephemeris.

CASAUBONUS.

14 *Prandia per singulas literas juberet.*] *Jubere prandia* pro imperare, & parari jubere, recentioris est Latinitatis.

15 *Scientibus*

literas juberet, [15] ſcientibus ſervis, velut in quo erat anſer, aprugna, anas: Item pullus, perdix, pavus, porcellus, piſcis, perna, & quæ in eam literam genera edulium caderent: Et item [16] faſianus, farta, ficus

CASAUBONUS.

15 *Scientibus ſervis.*] Id eſt, literas ſaltem leviter doctis. Erant enim de re culinaria multi libri editi: Quos oportuit iſtos ſervos probe callere, ut ex omni copia edulium, quæcunque ab eadem litera inchoarent, poſſent eligere. Veteres, cocos habuiſſe eruditos ex Athenæo notiſſimum eſt.

GRUTERUS.

16 *Faſianus, farta, ficus.*] Palat. uterque, *farrata.*

SALMASIUS.

16 *Faſianus, farta ficus.*] *Fartam* aut *farſam* pro farcimine, quomodo heic videtur debere accipi, nondum legi. Palatinus *farrata* ſcriptum habet pro *farta.* Et confirmat editio Mediolanenſis, quæ habet *farata.* Farrata autem quin genus ſit edulii nemini debet eſſe dubium. Juvenalis quodam loco ſi bene memini:

ficus & talia. [17] Quare [18] comis etiam habebatur in adolescentia.

Ponebant igitur Tusco farrata catino
Omnia tunc, quibus invideas si lividulus sis.

ubi vetus interpres *farrata* cibum ex farre interpretatur, qui cibus primus antiquorum fuit, heic autem *farrata*, *farratæ*, placentæ genus ex farre, vel farre conspersæ. Sic & *farreum* libi genus ex farre apud Festum. Erit tamen fortasse qui putabit *farratam* genus fuisse pultis ex farre. Et sane videor *pultis farratæ* alicubi mentionem legisse.

[17] *Quare comis etiam habebatur in adolescentia.*] Herodianus: καὶ τό γε πλεῖστον μέρος εἰς Γέταν ἔβλεπε, φαντασίαν γάρ τινα ἐπιεικείας ἐπεδείκνυτο, μέτριόν τε καὶ πρᾷον ἑαυτὸν τοῖς προσιοῦσι παρεῖχε.

MUSGRAVE.

[18] *Comis etiam habebatur.*] χρηστός τε ὢν καὶ φιλάνθρωπος τοῖς συνοῦσι, φήμη καὶ δόξη ἀρίστῃ πλείους, εἰς εὔνοιαν καὶ φιλίαν προυκαλεῖτο. Herodian Lib. iv. Cap. iv.

GRUTERUS.





CAP. VI.

ARGUMENTUM.

Paricidium ægerrime acceptum. Papinianus ſecuri percutitur. Seditio militum urbanicianorum. Loricam gerit Taras: *Qui ab* Helvio Pertinace Geticus *appellatur; unde ei mors.*

1 CCISO eo pars militum quæ incorrupta erat, paricidium ægerrime accepit,

GRUTERUS.

[1] *Occiſo eo, pars militum*, &c.] Hæc & ſequentia quatuor fere, immo ſex linearum, verbotenus tranſlata ſunt ex Spartiani Caracallæ capite ſecundo.

pit, [2] dicentibus cunctis, duobus ſe liberis fidem promiſiſſe, duobus ſervare debere: Clauſiſque portis diu non eſt imperator admiſſus. Denique niſi querelis de Geta editis, & animis militum delinitis, enormibus etiam ſtipendiis datis, [3] Romam Baſſianus redire non potuit. Poſt hæc denique & Papinianus, & multi alii interempti ſunt, qui vel concordiæ

SALMASIUS.

[2] *Dicentibus cunctis duobus ſe liberis fidem promiſiſſe.*] Addendum: *Duobus ſe liberis Severi fidem promiſiſſe.* Hæc eadem verba leguntur in Caracallo: *Pars militum apud Albam, Getam occiſum ægerrime accepit, dicentibus cunctis duobus ſe fidem promiſiſſe liberis Severi, duobus ſervare debere,* & quæ ſequuntur, ipſiſſima pæne verba.

CASAUBONUS.

[3] *Romam Baſſianus redire non potuit.*] Jam diximus loqui auctorem de reditu ex Britannia. Ego aliquando accipiebam hæc de reditu Caracalli ab exercitu qui erat in caſtris Albanis, de quibus dictum in ejus vita. Sed non puto id rectum, & refellunt Dio atque Herodianus.

SAL-

cordiæ faverant, vel qui partium Getæ fuerant: [4] ita ut utriusque ordinis viri [5] & in balneo cœnantes, & in publico percuterentur: Papinianus ipse securi percussus sit, improbante Bassiano quod non gladio res peracta sit. Ventum denique

SALMASIUS.

[4] *Ita ut utriusque ordinis viri & in balneo, cœnantes.*] Distinctione tantum hic locus corrigendus: *Ita ut utriusque ordinis viri & in balneo, cœnantes, & in publico percuterentur.*

CASAUBONUS.

[5] *Et in balneo cœnantes.*] Emendabamus supra, *& in balneo & cœnantes.* Confirmant verba Spartiani in Caracallo: *Cædes deinde in omnibus locis, & in balneis factæ: Occisique etiam nonnulli cœnantes.* Ibidem exemplum est occisi inter epulas, Severus Sammonicus; in balneis vero appetiti, Cilo, ut ex Dione observamus. Atque eam historiam videtur alludere mox auctor, cum de motu urbanicianorum loquitur.

MUS-

que est usque ad seditionem [6] urbanicianorum militum: Quos quidem [7] non levi autoritate Bassianus compressit, [8] tribuno eorum, ut alii dicunt, interfecto: Ut alii, relegato. Ipse autem tantum timuit ut, loricam sub lato habens clavo, etiam Curiam sit ingressus, atque

MUSGRAVE.

[6] *Urbanicianorum.*] De litera *i* interposita, Euphoniæ ergo, alibi diximus. Permulta sunt hujusmodi exempla, ut in *Germanicianus, Carthaginiensis, Fabriciensis, Mediolaniensis,* &c. at in voce *Diruitam* (*Gruteri* Thesauro Inscriptionum, Pag. MLXXI. *n.* 6) *i* Lithotomi seu inscitiæ, seu incuriæ soli, deberi arbitror.

[9] *Loricam sub lato habens Clavo.*] Ita *Plautiano*, in discrimine palatium ingresso, sub vestimentum Lorica. *Herodian.* Lib. III. Cap. XLI.

CASAUBONUS.

[7] *Non levi auctoritate.*] Quam alibi vocat censuram, hic *auctoritatem*: Nam pro severitate ponitur isto loco.

[8] *Tribuno eorum, ut alii dicunt, interfecto.*] Ita Dio: ὁ δὲ δὴ χιλίαρχος ὁ κελευσθεὶς αὐτὸν φονεῦσαι καὶ οἱ στρατιῶται οἱ συμπεμφθέντες αὐτῷ ἀνῃρέθησα

MUSGR

atque ita rationem facti sui & necis Geticæ reddiderit. Quo quidem tempore Helvius Pertinax, filius Pertinacis, qui postea est ab eodem Bassiano interemptus, recitanti Faustino prætori & dicenti, *Sarmaticus maximus & Parthicus maximus*, dixisse dicitur, *Adde &* [9] GETICUS MAXIMUS, [10] quasi Gotticus: [11] Quod dictum altius in pectus Bassiani

MUSGRAVE.

[9] GETICUS *maximus.*] At, *O Helvi*, minime tutum est jocari, cum Imperatore truci, superbo, Patris & Matris inimico, imo paricida, ipsiusque conjugis interfectore. *Helvium* vero *Pertinacem*, ob hoc solum quod Filius esset Imperatoris, occili, tradit in *Caracallo* Auctor.

CASAUBONUS.

[10] *Quasi Gotticus.*] Nam Getæ dicebantur tum, qui postea Gothi vel Gotti. ut est in Caracallo.

GRUTERUS.

[11] *Quod dictum altius in pectus Bassiani descendit.*] Neque injuria: Erat enim nimis ambigue dictum &

ani descendit, ut postea nece Pertinacis est approbatum: Nec solum Pertinacis, sed & aliorum, ut supra dictum est, passim & inique. Helvium autem suspectum habuit affectatæ tyrannidis [12] quod esset in amore omnium, & filius Pertinacis imperatoris: Quæ res nulli facile privato satis tuta est.

CAP.

& in interpretationem sequiorem pronius. Hujusmodi dicacitates per jugulum fere redire, pluribus docui ad Taciti librum v. Annalium Cap. 11. *Fusius dicax idem, & Tiberium acerbis facetiis irridere solitus, quarum apud præpotentes in longum memoria est.*

[12] *Quod esset in amore omnium, & filius Pertinacis Imperatoris; quæ res nulli facile privato satis tuta est.*] Vere. unde legimus apud Tacitum libro 4. Hist. Cap. 80. *Iisdem diebus Mucianus Vitellii filium interfici jubet; mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset;* ubi nos super hac re plura.

GRUTERUS.





CAP. VII.

ARGUMENTUM.

GETÆ *Funus accuratum.* Tarantis *Immanitas, Fraus, Sanguinis sitis inexplebilis.*

1 FUNUS Getæ accuratius fuisse dicitur quam ejus qui a fratre videretur occisus.

MUSGRAVE.

[1] *Funus* Getæ *accuratius.*] Supra dicto hoc consonum [*Sit Divus, dum non sit vivus.*] Fratrem morte mactavit inhumaniter: Deinde, *Severi* Septizonio illatum honorificentissime sepelivit *Taras.*

GRUTERUS.

[1] *Funus Getæ accuratius fuisse dicitur, quam ejus qui à fratre videretur occisus.*] Satis stulte: Immo

occisus. [2] Illatusque est majorum sepulchro, hoc est Severi, quod est in Appia via euntibus ad portam

ita fieri oportebat, ut palam faceret, non occidisse fratrem, nisi salutis suæ tuendæ; non simultatis, non odii caussa. De qua simulatione, non protrita adduximus ad illud Taciti lib. XIV. Annal. c. III. *Additurum Principem defunctæ templum, & aras, & cetera ostentanda pietatis.* Acute nimis Lucius Piso: *Et periisse Germanicum multi jactantius mærent, quam qui maxime lætantur.* Ad quem locum nos quoque non inepta; nostro quidem judicio.

CASAUBONUS.

[2] *Illatusque est majorum sepulcro, hoc est Severi.*] Non est adscititia glossa; sed necessaria explicatio. Majorum appellatione solent venire pater, avus & qui supra hunc ascendunt. Hic solus pater Getæ potest intelligi: Ideo interpretatio est adjecta. *Maiorum* autem *sepulcrum* dixit, ex communi adulantium usu loquendi, qui ad majorum honorificentiam sic potius dicebant, quam patris sepulcrum. Adde quod Severus in Antoninorum familiam, quorum ibi monumenta erant, se inserebat: Qua ratione potuit dici recte de Geta eum illatum esse sepulcro majorum. De hoc monumento ad Severum diximus.

SAL-

portam dextrum, [3] ſpecie Septizonii extructum, quod ſibi ille vitrs ornaverat. Occidere voluit & matrem Getæ, novercam ſuam, quod fratrem lugeret, & mulieres [4] quas poſt reditum de Curia flentes reperit. Fuit præterea ejus immanitatis Antoninus, [5] ut iis præcipue bat,

SALMASIUS.

[3] *Specie ſeptizonii extructum.*] Palatinus : *Septizodii.* De quo ſupra diximus.

MUSGRAVE.

3. De Septizonio vide Doctiſſ. *Caſaubonum* ad *Ælii Spartiani Severum*, Cap. 19. *Ant. Auguſtini* Dial. iiii. Antiq. Pag. 55. *Baſ. Fabri* Theſ. Eruditionis Schol. Voce *Septizonium. Joſ. Scaligeri* Animadverſiones in *Euſebii* Chronol. Pag. 229.

CASAUBONUS.

[4] *Quas poſt reditum de Curia.*] Cum ſub veſperam occiſus fuiſſet Geta, (περὶ δείλην ait Herodianus) confeſtim delatus parricida in prætoriana caſtra, ibi pernoctavit : Mane diei ſequentis venit in Curiam : Inde redit in Palatium. De hoc reditu nunc auctor loquitur. Oblitus nempe prioris ſententiæ iis conſentit, qui parricidium in Urbe tradunt admiſſum.

[5] *Ut iis præcipue blandiretur, quos ad necem deſtinabat,*] Crudelitatis hoc faſtigium, quo Blandi-

blandiretur quos ad necem destinabat, ut ejus magis blandimentum timeretur quam iracundia. Mirum sane omnibus videbatur quod [6] mortem Getæ toties ipse etiam fleret quoties nominis ejus mentio fieret, & quoties imago videretur aut statua. Varietas autem tanta fuit Antonini Bassiani, imo tanta sitis cædis, [7] ut modo fautores Getæ, modo inimicos occideret, quos fors obtulisset. Quo facto magis Geta desiderabatur.

Explicit GETA.

menta mortis indicia sunt. Vide hujusmodi plura in *Gruteri* Diatribis ad *Tacitum*, & in *Suetonii Domitiano*.

MUSGRAVE.

5 *Ut iis præcipue blandiretur, quos ad necem destinabat.*] In vita: *Eos quos occidere parabat, affabiliter est locutus.* Ibidem & de luctu ob necem *Getæ.*

6 *Mortem* Getæ *toties Ipse etiam fleret, quoties,* &c.] Reluctatur Animus Paricidæ, & suam ipsius nequitiam abhorret.

7 *Ut occideret, quos fors obtulisset.*] Hoc infiniti est Imperii.

INDEX

Rerum & Verborum, in quo T *Textum*, N *Notas*, P *Prolegomena* significat.

A.

Severus

INDEX.

B.

A.

INDEX.

C.

D.

D.

E.

F.

G.

H.

INDEX.

I.

L.

M.

N.

N.

O.

P.

Q.

Q.

R.

S.

Severo

T.

U.

X.

FINIS Indicis.

ERRATA.

PAg. 5. Linea 9, lege *cur &c.* Pag. 8, l. 23, lege *annos decem.* Pag. 34, *Salmasii* Nota pertinet ad Pag. 36. Pag. 46, l. penult. lege φονεῦσαι. L. ult. lege καὶ οἱ. Pag, 51, l, 2, lege *vivus.* Leviora corriget Errata Lector benevolus.

Tab: I.



Statuæ *hujus* Anaglypticæ *dudum*
ad Aquas Solis *effossæ figuram, ære*
incisam, orbi Literato D.D.D.Q. Vir Amplissimus,

GUILHELMUS WYNDHAM Bar:
Scaccarij Cancellarius, *et ad* Parliamentum
Comitatus Somerset II *Miles*. MDCCXIIII.

Guilhelmi Musgrave

REGIÆ SOCIETATIS

Utriusque SOCII,

DISSERTATIO

DE

GETA BRITANNICO.

Τὸν μὲν νεώτερον τῶν υἱῶν, τὸν Γέταν καλούμενον, καταλιπὼν [ὁ Σεβῆρος] ἐν τῷ ὑπὸ Ῥωμαίους ἔθνει, δικάζοντά τε καὶ τὰ λοιπὰ διοικήσοντα πολιτικὰ τῆς ἀρχῆς. Herodian.

I nunc, Argentum, Marmor vetus, Æraque & Artes
Suspice. Horat.

ISCÆ DUNMONIORUM:

Typis PHILIPPI BISHOP: Sumtibus PHIL. YEO. A. MDCCXIV. Veneunt etiam *Londini*, & in utraque Academia.



Viro Spectabili,

Et GENERE & ERUDITIONE claro,

THO. PALMER, N. F.

Nobili BELGÆ,

S. P. D.

GUILH. MUSGRAVE.



*V*EM, Antoninum *aliqui* Getam *appellant*, *Imperator hic*, Amplissime Vir, Getæ Britannici *nomine*, *paucis* Te *vult* : *Quod ut* Illi *conveniens & honorificum*, *ita* Tibi *non ingratum fore existimo.*

ILLI, (*quod* Te *non fugit*) *dignissimo pientissimoque Filio*, *virtutis*

ſuæ præmium, *Nomen hoc a* Severo *datum eſt*; *cum Auſtrali noſtræ* Britanniæ Geta *præpoſitus*, *eam feliciter rexiſſet*. *Inde enim non ſolum Imperatori* Severo, *in* Mæatas, *&* Caledonios, *expeditio tutior & fortunatior*; *ſed &* Jus Cæſareum *apud Nos*, (*erecto* Eburaci *Prætorio*, *&* Papiniano, *Juris illo Aſylo & Theſauro*, *inter alios Adſeſſores*, *in judiciis adhibito*) *tam magnifice dictum eſt*; *ut nullo unquam ævo*, *in hac Inſula*, *ſive ante id tempus*, *ſive poſt*, *ſimiliter*: *A quo* (*ex* Seldeni *tui Sententia*) Juris Cæſarei [aliquot reliquiæ, non apud nos ſupereſſe, ſaltem aliquandiu, non potuerint.] Getæ *porro adminiſtrationi* (*dicam ex conjectura*, *quod mihi veriſimile apparet*,) *debetur* Colonia Divana, *nec non* Aquæ Calidæ, *multo opere*, *ſumtibus Imperatoriis*, *ab aliarum minus ſalubrium*

um mistura servatæ; forsan etiam ipsius Urbis, quæ ingenium plane Romanum *agnoscunt & gloriantur, Fundamenta.*

AB hac Præfectura, Getæ *Augusto Nomen* Britannici *delatum est: Quod* Tibi, *optimo Civi, ingratum esse non potest, cui nihil dulcius, nihil carius, nihil venerabilius, quam* Britannia: *Et quidem merito, cum (ut* Tullii *verbis utar)* Patria communis est omnium nostrum Parens: Patria nihil jucundius: Pro Patria mori, præclarum.

SED & aliud est, quod a Te (Vir beneficentissime) *sperat, atque adeo expectat* Geta; *nempe, ut iniquissimi Fratris odio multatum, eum, more Tuo, (id est, blande) accipias. Diu videtur, ob id, delituisse; & quidem in* Belgio *nostro,*

ſtro, ſi Statuæ credamus. Jam denuo pronuper in lucem rediit, immundus utique, ſqualidus, atque adeo mancus, & tenebrarum malitia multum mutatus ab Illo : *Sic, ut ni ſupereſſent Numiſmata, quæ ab Anaglyptici partibus ſtarent, eique fidem afferrent, penitus ignoraretur; at eo nomine Præſidii magis egenus eſt, Hoſpitio & Conſiderationi tuæ magis idoneus.*

NULLI *hic in Amicos* Getæ *(ſic, ut olim* Romæ) *Gladii, Secures, & iſtiuſmodi Necis Inſtrumenta : Sed* Geta *hic a* Criticis, *a* Chronologicis, *ab* Hiſtoricis, *ab Hoſtium* Exercitu *magno, jam nunc imminente, & immaniter agente, de vita metuit.*

HOC *capitis periculo, ad* Te, *ſic, ut olim ad* Juliam Domnam, *advolat ;*

advolat; ſed, uti confido, auſpicatius. Næ Ille hominum miſerrimus, ſi iterum ei pereundum; nempe tam Obelo, quam Enſe, fodiendo. Te *igitur rogat, enixe obſecrat, ut pro tua Humanitate & Doctrina, qui optime potes, eum tueare, & præſtes incolumem.*

VALE, Vir Amiciſſime, *Tuorum Amor & Deliciæ, &* Getæ Britannico *Fave.*

ENIMVERO Te *Patrono Defenſoreque ſalvus, & Effigie in æs inciſa,* Wyndhami *Tui* (*Literarum amantiſſimi ſtudioſiſſimique*) *munificentia donatus, tanquam redivivus, ſecula ſibi demum pollicetur.*

Iterum Vale.

Scribebam *Iſcæ Dunmoniorum, Ex* S. S. Trinit. *Capella. Kalend. Juniis,* MDCCXIV.



DE

GETA BRITANNICO.

CAP. I.

De Statua Bathonienſi.



Apis ille, qui Tab. I. exprimitur, annis ante aliquot ad *Aquas Solis* effoſſus, hodieque ibi muro Cœnobii, prope *Vitalis* Epitaphium, affixus, latitudinem habet pedum duum cum ſemiſſe: Longitudo ejus integri, quantum ex hoc Fragmento liceat coniicere, pedum fuit circiter quinque. *Statua pridem* Aquis Calidis *effoſſa:*

Si in re obſcura ſententiam mihi fas ſit proponere, omiſſis ambagibus, brevi di-

cam, quod probabile videtur, nimirum *Getæ* Imp. hanc eſſe Statuam. Sunt equidem, unde in ea ſim opinione, non pauca: Primum, ejus Facies, quæ cum *Getæ* facie in Nummis ejus argenteis, (quorum duo mihi jam nunc ante oculos ſunt, & ære Cyprio (1) inciduntur) convenit examuſſim. In Imagine quidem Facies recta, & plena eſt; in Nummis obliqua, & dimidiata; ſed quæ totam indicat eandem eſſe, quæ in Imagine. Nummis hiſce noſtris auxiliantur, iiſque lumen afferunt *Getæ*, apud (2) *Oiſelium*, & (3) *Gevartium* Nummi, cum nudo Capite, ut in Lapide noſtro. Sed ut ſummatim Imaginis fidem à Nummis adſtruam, *tanta ei cum Nummis eſt ſimilitudo, quanta Nummis inter ſe.* Vidimus ipſi non ita pridem *Caroli*, Regis *Angliæ*, ejus nominis primi, tria Capita, in eodem plano depicta; quorum medium pleno vultu erat, duo lateralia dimidiato. Omnia *Regium Os* aperte repræſentarunt, ſed tanta inter ſe cum diſſimilitudine, quanta, inter Statuam *Bathonienſem*, & *Getæ* Numiſmata, nequaquam major. Huic argumentandi loco, nempe ab oris ſimilitudine, innititur Rei Nummariæ pars præcipua;

Quæ Getæ Imp. eſſe videtur:

Quod ejus Nummi oſtendunt.

Argumenta ab oris ſimilitudine,

(1) Tab. 2, Fig. 1. & 2. (2) Theſaur. Numiſmatum Antiq. pag. 210. (3) Tab. LIV. Fig. 1. In Numiſmat. Croyiacis; Antverp. MDCLIV.

Tab: II.

fig. 1.



fig. 2.



fig. 3.



fig. 4.



fig. 5.





Civi, *Patriæ* *amantissimo*,

Patrono *optimo*, *bene merenti*,

THOMÆ WROTH,

de **Petherton-Park**, *in Comitat:* **Somerset**,

BARONETTO.

Veterum hæc Monumenta, *in æs incisa*,
tanquam Obsequij sui perenne Pignus,
ex Voto S. P. Editor.

cipua; de qua omnino actum erit, nisi illi fides adhibeatur. *Augustum* ostendit Nasus supra eminentior, infra diductior; *Claudium*, opima Cervix; *Galbam*, aduncus Nasus; *Othonem*, Galericulus; *Nervam*, Oculi concavi, Nasus aquilinus; *Hadrianum*, Barba; *Getam*, Os juvenile, placidum, rotundum, succo plenum & amabile, cui nullum ex Veteribus æquale aut simile. Quæ vero in Nummis Imperatorum aliorumque probatæ fidei sunt indicia, cur non in Statuis item? Si *Getam* hi Nummi repræsentant, (quod nemo quidem homo negat,) & Nummos hosce Statua, (quod similiter verum esse constat) quare eam *Getæ* esse negaverim, plane sum ignarus; quandoquidem non est ex altera parte, quod hac similitudine pluris sit.

In Numis & Statuis magni æstimanda.

ALIA vero sunt, quæ virium utique maximarum, huc respiciunt, & *Getam* hoc Anaglypho repræsentari volunt. Notanda in eo sunt *Hasta pura*, & *Equus*; cujus hic Corpus fractum, pedibus orbatum. *Getæ* hæc cara fuisse, Nummus *Oiselii* extra dubium ponit, (Tab. 11, Fig. 3.) cum Epigraphe CASTOR. In cujus explicatione, [*Geta* (inquit Doctissimus Auctor) *Juvenis*, Severi *Imp. Filius*, *sub forma* Castoris, *militari habitu*, *sini-*

Statuæ Hasta pura & Equus,

ſtra Haſtam *tenentis*, & *dextra* Equum, *Frœno apprehenſum, manu ducentis.*]

Horatius, Lib. I. Sat. XI.

Caſtor *gaudet Equis, ovo prognatus eodem*
Pugnis, &c.

Et Lib. I. Od. XII.

Dicam & Alciden, *pueroſque* Ledæ
Hunc Equis, *illum ſuperare Pugnis*
Nobilem, &c.

Ita (5) *Homerus* appellat

Κάςορά θ' ἱππόδαμον, *&c.*

Tanquam Caſtoris,

NEMINI vero non notum eſt, ſolenne fuiſſe *Romanis* Imperatoribus Dei alicujus ſubinde nomen uſurpare; ſic *Auguſtus Apollinis, Cajus* (6) *Jovis Latialis, Commodus Herculis*, nomine gloriatus eſt. Quinimo *Commodus*, aſſerente (7) *Lampridio*, Statuas accepit, in *Herculis* habitu.

Cujus ſub formâ Geta *hic repræſentatur.*

IN *Gevartii* Nummo III. Tab. LIV. *Geta* Haſtam puram tenet: In Nummo ejuſdem Tab. VIII. *Geta* Equo paludatus inſidet. (8) Apud *Walkerum*, mentio Nummi eſt, qui *Principi Juventutis* inſcribitur.

---

(5) Οδυσσ. λ. (6) Vide *Suetonium*, in eorum Vitis.
(7) In Commodo, & Dione Cocceiano.
(8) *The* Greek *and* Roman *Hiſtory illuſtrated by Coins and Medals, by* O. W. London. 1692.

bitur. *Geta* Equo insidet, Oculis retro versis ad duos alios sequentes: tanquam in Ludo (9) *Ascanii Trojano.*

Geta *Eques egregius.*

Ex hisce Nummis una cum *Imagine* nostra patet, *Getam* Equis gaudere, multum Equitationi indulsisse, & in ea non parum excelluisse. Ut autem *Alexandro M.* suus *Bucephalus*, *Adriano* suus *Borysthenes*, *Vero* suus *Volucer*, ita *Castori*, itaque *Getæ* suus *Cyllarus*.

Hasta pura Romani *fortes, seu præmio, donarunt.*

HASTA *pura*, qualem exhibet *Imago* nostra, ferro non est munita: Cui opponitur *Præpilata*, seu Ferream habens cuspidem. (10) *Donatica* nonnunquam appellatur; quia *Romani*, ceu præmio, fortes ea donarunt. [*Antiquis* Hasta pura & Parma alba *insignia & præmia erant Tironum, & eorum qui tunc primum vicissent in prælio.*] Ita *Taubmannus* ad illud (11) *Virgilii*,

[*Ille (vides)* pura *Juvenis qui nititur* Hasta.]

NOTUM est illud (12) *Justini*, [*Ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres* Hastas *habuere.*]

OBSER-

(9) *Virgil*, Lib. v. *Æneid.* (10) *Festus*, Voce *Optionatus*, & V. *Hastæ*, (11) Lib. VI. *v.* 760. (12) Lib. XLIII. Cap. III.

Hasta pura, *cum aliis Donis militaribus*

OBSERVATU dignum est, in *Gruteri* Thes. Inscriptionum, (1) *Titinium* Hasta pura donari, cum Corona vallari: (2) *Cornicularium* quendam e Leg. XX. V. V. Hasta pura, & Corona aurea: (3) *Bassæum*, Corona murali, Hastis puris IV, totidemque Vexillis: (4) *Domitium*, Coronis murali, vallari aureis, Hastis puris III, Vexillis ii: (5) *Mucianum* Corona victrici, pura Hasta, Torquibus, Phaleris: (6) *Licinium*, Hastis puris VIII, Vexillis VIII, Coronis Muralibus, Vallaribus, Classicis, & Auratis II: Et (7) *Tillium*, e Leg. XX. VAL. VICT. Hasta pura, Corona aurea: Aliaque sunt permulta in eodem Thesauro hujusmodi exempla, Militum nempe *Hasta pura, cum alio aliquo dono*, donatorum: Sed neque in eo Thesauro, neque in *Reinesii* Syntagmate, quispiam occurrit, *Hasta pura* & *Parma* donatus, qualem exhibet hæc Imago. Penes eruditos sit judicare, utrum hoc viri hic figurati denotet excellentiam, & à *Geta* nostro faciat. Ita vero facere, non parum arguit à (8) *Dione* dictum, nempe ab Equitibus, *Cajum* & *Lucium Cæsares*, quum virilem Togam sumerent, *Parmas*, &

(1) Pag. LXI. 4. (2) CCC. I. (3) CCCLXXV. I.
(4) CCCCIII. I. (5) CCCCXXIX. I. (6) CCCCXXX. 5.
(7) MC. (8) Lib. 55.

& *Hastas* accepisse. Et in (1) *Reinesii* Tabula ad *Cajum Cæsarem* pertinente, *circa StatuamPedestrem duæ Equestres inauratæ Caii & Lucii Cæsarum Statuæ ponantur*, constitutum est. Certe ut Equestris Statua cum Hasta pura & Parma, Honoris, supra communem militum sortem, insigne aliquod & peculiare fuit, quantum patet, indicium; ita *Severi* in Filium persimilem Amor, nullum Honoris & Affectus indicium ei nimis magnum existimavit.

Sæpissime donata; sed cum Parma, & *Statua Equestri, non nisi* Cæsari.

NUDUS Eques esse videtur, sed cum nullam Equitum *nudorum* apud *Romanos* actionem sive exercitationem meminerim, in mentem venit, Interulam sive à Statuario omissam, sive ætate tritam, huic nostro Equiti indutam oportere posse. Certe Doctiss. (2) *Cuperus* id *Virgilii* [*Nudus ara*] dum interpretatur, indubitatæ fidei argumentis, atque adeo Numismate probat, non *nudum penitus* Aratorem, sed Interula, (λινοςύμῳ) cujus stamen ex Lino, fuisse tectum. Ut hoc illi Numisma probat, ita nostræ *Imagini* lucem accommodare potest Imago Equitis, *Romæ* nuper apud Marchionem *Camillum Maximum* visenda;

Equitis interula.

(1) *Classe* VII. XIII. (2) Vide ejus Observationes. (*Trajecti ad Rhenum* 1670.) Lib. I. Cap. VII.

visenda; qui Interula (14) vestitus est.

Sic, ut in figura Ταυεργαθαψίων.

HUIC addi potest, quod in Figura Ταυεργαθαψίων, apud Marmora *Oxoniensia*, spectandum: Nimirum Juvenes, Equo insidentes, & interula induti; sed tam arcta & tenui, ut primo aspectu plane nudi existimentur: Nulla enim ejus sive plicatura, sive distensio est: Collo tantum, Carpo, & Femore ejus fimbria cernenda.

Equites interdum plane Nudi.

AT si Equitem nostrum *Bathoniensem* omnino nudum intellegimus, sic, ut revera vult *Imago*, *Plinium* ad hujus rei interpretationem adeamus: Ille deducit à *Græcis* usum hujusmodi Imaginum [*Placuere*, (15) *inquit, & nudæ Effigies, tenentes* Hastam, *ab Epheborum è gymnasiis exemplaribus, quas* Achilleas *vocant.*] quoniam *Achilli* Hasta decus & tutamen. Morem hunc à *Græcis* acceptum, postea *Romani* tenuere, nuda plane Corpora in Statuis ponentes.

PARMA Scutum id rotundum est, quod Velitum fuit; non solum Peditum, sed

(14) Vide pulcerrimam ejus Fig. *Actis Eruditorum*, mense Octobri, *A.* MDCXCVI. (15) Lib. xxxiv. Cap. v. Et in eum locum, *Plinii* Doctissimum explicatorem, *Harduinum.*

ſed & Equitum; ut ex *Livio*, & *Salluſtio* patet. *Pura Parma*, ſecundum (16) *Servium*, (qui poſt *Getæ* ætatem ſcripſit,) *quæ tunc primum in bella deſcenderat.* Dependet aliquando *Parma*, & loro illigata neglectim geritur:

——*Lævo dependet* Parma *lacerto.* (17)

Hanc autem noſtram Eques ſiniſtra in altum elevat, tanquam in pugna.

Parmæ Diameter unciarum XX.

CUM *Parmæ* res obſcura, & dubio plena ſit, videamus, ſi ab hac *Imagine* clarior reddi poteſt. *Tripedalis*, à (18) *Livio* dicitur, à (19) *Polybio* τείποδεν ἔχειν διάμετρον. Contra, (20) *Nonnius* [*Parma, breve Scutum*] quo armati ſæpe vincebantur, quod ejus brevitate non eſſent ſatis defenſi. [*Iſidorus* (21) *Parma levia arma, quaſi parvus Clypeus.*] Quæ vero hæc diſcrepantia? *Imago* noſtra, tanquam ex inſtituto, *Parmæ* dimenſiones ſervat: namque Umbo ejus Equitis imo cubito, ſive carpo externo adalligatur; hinc ea ſe ad cubiti extremitatem alteram exporrigit,

C nec

(16) *Servius* ad *Virgilii* Lib. XI. *Æneid.* verſum 711. (17) *Virg.* Lib. XI. Verſ. 693. (18) Apud *Lipſium* de *Rom.* Militia, Lib. III. Dial. 1. (19) Ibi. (20) Cap. XVIII. Pag. 798. Inter Auctores L. Lat. 410. (21) Lib. XVIII. Cap. XII.

quidem ultra; id eſt, uncias decem: quæ cubiti longitudo in homine (22) adulto eſſe ſolet. Eſt ergo *Parmæ* hujus Diameter unciarum viginti, Peripheria LX. Et quia ab *Imaginis* hujus fide nihil poteſt derogari, ut Hiſtoricis ſuus honos ſit incolumis & integer, mutari *Parmæ* Dimenſiones apud *Romanos*; neque *Polybii*, *Livii*, & *Getæ* ſeculis, unam eandemque eſſe cogitandum eſt.

Peripheria LX.

DE *Parma*, quæ deſcribitur *Act. Philoſoph.* N° 241, quamvis ad rem noſtram ea facere videatur, nihil habeo: Cum ex materia facile peritura, non multorum eam ſeculorum eſſe poſſe, mihi certiſſimum ſit.

Romani, *initio* Frena *non adhibuere.*

UTI *Parmam*, ita etiam *Frena* antiquorum illuſtrat hæc *Imago*: De his igitur particulatim. *Romani Frena* ad regendos Equos initio non adhibuere; hinc in primis eorum bellis, Equorum uſus, Equitumque numerus non adeo magnus. Cum *Frena* intulerat neceſſitas, multiplici forma, præcipue ſub Imperatoribus, ſunt donata. Equus in *Claudii* (23) Nummo, cum Inſcriptione CENSOR, retinaculum

(22) Vide *Elſholtii* Anthropometriam, Cap. XXII.
(23) *Oiſelius*, Tab. IV, Fig. III.

lum habet inferioris tantum Maxillæ. Idem videre licet in Equis (24) *Drusi*, super Arcus triumphales erectis. Imo nullam *Frenorum* formam, in Nummis veterum, ea frequentiorem observavi; quam hodieque *Mauri* imitantur; addita Catena, parallelis ferreis affixa, & infra maxillam ducta; unde parallela oreis vertentia, si habenis altero fine vellicantur, constringendo maxillam retrahetur Equus. In (25) Anaglypho æneo, quod jam pridem ad Viam *Æmiliam* effossum, *Adrianum* Equo insidentem habet, struppi duo coriacei Caput Equi pene ambiunt: Alter aures inter oculosque, alter infra prope os. Ligulæ duæ à superiori ad inferiorem hac illa parte protenduntur: In medio tertia descendit, à Fronte ad Nasum. Nullæ hic Habenæ, quoniam (ut recte conjicit explicator) ætate sunt consumptæ. *Adriani* hanc Imaginem esse probat illius Imperatoris apud me Nummus; in quo ejus vultum hæc Imago planissime refert. Equorum hujusmodi Frontalia, licet tueri in Columna *Trajani*; In *Caii Cæsaris (26)* nummo; in *Neronis (27)* Decursione, & Monumento veteri *Romano*,

Postea multiplex eorum forma.

(24) Tab. XXV. Fig. II, III. (25) Acta Erud. Mensis Jan. A. MDCLXXXVII. (26) *Oiselii* Tab. XIX, Fig. IV. (27) *Gevartii* Tab. XX. Fig. XV.

mano, quod à *Johanne Rhodio* (28) in æs incisum, Vehiculi exhibet Eversionem; & in Imagine *Romæ* apud (29) Marchionem *Camillum Maximum* jam visenda, *Frenum* hodiernis nostris non multum absimile. In *Getæ* Imagine Freni ligula est, quæ Auri dexteræ circundata, descendit, & per os ad sinistram Aurem pertinere potest judicari. In jugulo figitur Habena, subducto forte ab utraque Aure subligaculo; (quod tamen non apparet:) Hinc ad Jubam ascendit, ibique jacet otiosa, neutra manu Equitis retenta.

Getæ indoles, Ex *Oiselii*, & *Gevartii* Numismatibus, ex Argenteo nostro, alteroque illo, qui ex Thesauro *Pembrokiano* nobiscum humanissime communicatur; hisce, inquam, una cum hac *Imagine* patet *Getam* (quod in illius vita dictum) Adolescentem à natura decorum, & comem esse: Et ut (30) *Herodianus*, quod Μέτριος καὶ πρᾶος, i. e. *moderatus & lenis*: quodque χρηστὸς ὢν καὶ φιλάνθρωπος τοῖς συνοῦσι, φήμῃ καὶ δόξῃ ἀρίστῃ πλείους εἰς εὔνοιαν καὶ φιλίαν προυκαλεῖτο, i. e. *Placidus in omnes atque humanus, fama & gloria quadam optima plurimos* ad

(28) Vide ejus ad *Scribonium Largum*, Emendationes & Notas, Pag. 169. (29) Act. Erud. Oct. MDCXCVI. (30) Lib. IV. § IV.

ad amicitiam benevolentiamque alliciebat. Porro *Getæ* (1) [*modeſtius ingenium,*] & tanta (2) *Humilitas*, ut ob eam Fratri eſſet deſpicatui. Quæ quidem omnia, ſic, ut *traduntur* ab Hiſtoricis, niſi me fallit φυσιογνωμονία, probantur à Nummis, & (quod *Getæ* eam eſſe magnopere confirmat) ab *Imagine*, quam fecit τέχνη ἠθοποιός: ſic Graphice à *Calliſtrato* dicitur.

Et Caracallii

UTI ad *Caſtorem*, Equis gaudentem, comparatur *Geta*; ſic ad *Pollucem*, Pugnis celebrem, ex Analogia, non inepte *Baſſianus*; atrox ſcil. aſper, & truculentus, & qui, ſecundum (3) *Herodianum*, στρατιωτικοῦ τε, καὶ πολεμικοῦ βίου ἐραστὴς εἶναι προσεποιεῖτο, i. e. *Militaris vitæ ac bellicæ videri amator affectabat.*

Geta *auſtrali* Britanniæ *præpoſitus.*

SEVERUS Imperator auſtrali *Britanniæ* parte in poteſtatem redacta, ut Borealem etiam redigeret, exercitum in eam *Romanum* duxit; accepto in belli ſocietatem *Antonino*, e duobus Filiis natu majori. Minor interea temporis, *Geta* in Auſtrali Inſulæ parte, *Romanis* ſubjecta, relictus eſt à Patre, eique præpoſitus. Sic enim (4) *Herodianus*, Τὸν μὲν νεώτερον τῶν υἱῶν, τὸν Γέταν καλούμενον,

(1) Vide *Aur. Victorem Schotti.* (2) *Spartianus* in Caracallo
(3) Lib. IV. § IV. (4) Lib. III. § XLVIII.

καλούμενον, καταλιπὼν [ὁ Σεβῆρος] ἐν τῷ ὑπὸ Ῥωμαίους ἔθνει, δικάζοντά τε καὶ τὰ λοιπὰ διοική-σοντα πολιτικὰ τῆς ἀρχῆς. Sylvæ & Paludes, quæ hoſtibus erant receptui, *Romanis* autem decipulo, moram bello addidere, & contra expectationem protraxere. Sic (1) *Herodianus*, belli iſtius *συγχρόνε* diligentiſſimus ſcriptor.

Quæ ſub Adminiſtratione ſtatui videtur,

DUM hæc aguntur, & muro ceſpititio, ceu Vallo, per tranſverſam Inſulam à mari ad mare deducto, ſive potius inſtaurato, *Romani* muniuntur, *Geta* rebus adminiſtrandis civilibus, *Severi* ex mandato, cis Vallum incubuit, amicis natu grandioribus, ac conſiliariis, *Papiniano* J. C. præſertim, in ea re adjutus. Sub hac *Getæ* rerum publicarum adminiſtratione, hanc *Imaginem* ad *Aquas Calidas* poni, probabile quidem mihi videtur: eoque magis, quoniam ex *Andromache* noſtra, aliiſque non paucis argumentis, in Antiquitatibus *Britanno-Belgicis* paſſim inveniendis, patet, *Aquas* haſce, diu ante *Severi* hujus Imperium bene audire, & concurſu hominum frequentari.

GETÆ

(1) Ibid.

Getæ seculo *Romanis* in usu & deliciis fuisse *Thermas*, testantur utique tum *Severianæ* tum *Antoninianæ*, *Romæ* à Patre & Fratre suis constructæ: Quarum hæ *magnificentissimæ* à (1) *Spartiano*, & *opus egregium* ab (2) *Eutropio* dicuntur. Quare non videtur alienum, ex *Getæ* addictissimis (ii vero complures erant) unum aliquem, hasce *Thermas* adeuntem, ne dicam Illum huc comitantem, in ejus honorem, rempub. eo tempore gerentis, privata collatione hanc *Imaginem* erexisse; ad hoc officii forsan adductum ipsius *Severi* exemplo, qui *Romæ*, Fratri *Getæ* paulo ante in foro (ut refert *Xiphilinus*) (3) Statuam ex ære posuit. Nisi potius dicamus, hanc *Aquis Solis* Filii, uti illam *Romæ*, Fratris in honorem, à *Severo* ipso statui: quod equidem non improbabile. Quando Severus *per se* (hoc est auctoritate sua, sine decreto Patrum; ut ex Epistola *Pliniana* recte, contra Cl. *Is. Casaubonum*, arguit Doctissimus (4) *H. Prideaux*) *suis*, (i. e. Patri, Avo, & Uxori) quidni etiam Filio *Getæ posuit*. Vel quid impedire potest quo minus opinemur, *Hasta pura*,

Aquis Calidis, *eo tempore celebribus*,

Hæc Imago ab Ordinibus,

(1) In *Severo* Imp. (2) Lib. VIII. (3) In Severo. Cap. xx. (4) Marmora Oxoniensia, Pag. 48.

pura, & *Parma* (Tironum, uti dixi, insignibus) a *Severo* patre *Getam* donari; & in rei memoriam ea hac *Imagine*, *Severo* adnuente, exprimi, sumtibus *Aquarum Calidarum* Populi; idque propter accepta, à *Geta* rempub. administrante, beneficia: Quod antiquorum mori hac in re quammaxime consentaneum esse, exemplis ostendi potest innumeris. Notatu digna sunt Doctiss. *Seldeni* ad Marmor *Aureliæ Faustæ* verba; [*Statuas in publico habere apud* Græcos *uti &* Latinos, *maximum erat, quod ab aliqua Civitate bene merentis aut virtutis, aut benevolentiæ præmium poterant accipere.*] Et ut Exempla proferam.

Propter Aquas servatas, Vias restitutas, aliamve ingentem aliquam hujusmodi munificentiam:

Cujusmodi Exempla permulta sunt.

(1) Q. EGNATVLO. RHODENSES. OB. PLURIM. LIBERAL. ET. MVLTA. IN REMP. S. BENEFAC. EQVESTR, E. MARMORE. STATVAM. CONSTITVER.

Quin & J. (2) *Capitoni* ordo Municipum *Ligitanorum* OB. MVLTA. IN. SE. BENEFICIA. PATRONO. OPTIMO. STATVAM MARMOREAM. P. P. P. D.

(3) *Pacato* ob Æquitatem Judicis, & Patrocinia jam Privati, Ordo *Beneventanus*

(1) Gruteri Thes. pag. CCCCIV. 4. (2) CCCCXXI. 7.
(3) CCCXC. 1.

tanus Patrono, poſt faſces depoſitos cenſuit collocandam.

(4) *Eventio*, pro inſignibus ejus erga ordinem poſſeſſores & Cives meritis ab eo beneficiis Statuam Ordo & Cives F. ARESTI ſumptu proprio conlocaverunt.

(5) *Cæionio* correctori Tuſciæ & Umbriæ, ob inſignia ejus Geſta, inluſtre adminiſtrationis meritum, Ordo Narnienſium una cum Civibus Statuam conlocaverunt.

SED nimius eſſem, ſi in iis omnibus enumerandis inſiſterem. Forſan emerget olim hujuſce Statuæ Baſis, cum hujuſmodi aliquo Epigrammate. *De Baſi Statuæ, & ejus Epigrammate conjectura.*

P. SEPTIMIO. GETÆ. ANTON. IMP. AUG. BRIT. OB. INLUSTRE. ADMINISTRATIONIS. MERITUM. VIAS. RESTITUTAS. ET. AQUAS. SERVATAS. CIVES. STATUAM. HONORIS. PERENNE. MONUMENTUM. S. P. CONLOCAVERUNT.

SED hoc conjecturæ dandum.

(4) MXCVI. 9. (5) CCCLXXXVII. 2.

Cæsarum Capita non semper Laureata,

NON est quod de Capite Laureato, de Purpura, deque aliis *Augustææ* Dignitatis insignibus, quibus caret hæc Imago, simus solliciti. Locum e *Plinio* supra laudavimus, quo nudas Equitum Effigies, & quidem Hastas tenentium, in usu apud *Romanos* esse, liquido apparet: Neque semper omni *Augusto* datum est Laureatum habere Caput: Uti testantur *Cæsaris Augusti* plus semel, *Neronis, Galbæ, Othonis, Hadriani* sæpius, *Aurelii Cæsaris Aug.* quinquies, *Aurelii Veri Aug. Commodi Cæsaris Aug.* in Nummis *Gevartianis*, sine Lauro, omnique honoris insigni, Capita. Imo quidem *Aurelii Cæsaris Aug.* Caput in Nummis sæpe nudum: *Othonis* autem Lauro rarissime circundatum; unde *Laureati Othones* summo sunt in pretio.

Othonis raro: unde pretiosissima.

Augustorum statuæ non semper in locis celebratissimis.

ADVERSUS hanc Imaginis hujus Historiam opponi merito potest, eam in Sepulcreto fuisse inventam; contra vero *Augustorum* Statuas in Foro, in Templo, in Capitolio, vel loco e supremis & dignissimis aliquo, solere statui. Quod utique negandum non est, [ita scil. eas creberrime statui:] Sed, non nisi in hujusmodi locis, non est tenendum. Quis humilior

milior, quis ignobilior locus, quam *Forum Appii*, de quo (1) *Horatius*:

——————*Inde* Forum Appi
Differtum Nautis, Cauponibus, atq; malignis.

Unquamne gentium locus eo squalidior, aut turpior? At eo loci (tradente (2) *Suetonio*) *Claudii Drusi* Statua, cum Diademate ponebatur. Quare, ut litem hanc dirimam, advertendum est, *Romanos* sæpe fuisse contentos, si loco celebri aliquo & (ut ait (3) *Plinius*) oculatissimo Statuæ ponerentur. Templi Vestibulum erat locus satis Oculatus, non nobilissimus: (4) *Caii* & (5) *Trajani* Impp. Imagines in Vestibulis erant. Quid quod Divi (6) *Julii* Statua fuit in *Tiberini* amnis Insula; loco certe non nimis celebri, nec quidem oculatissimo. Rata ergo, nostra quidem opinione, Doctissimi *Pitisci* sententia, in Notis ad *Tranquilli* (7) *Galbam* [*Statuis non semper certa & stata, sed interdum extra ordinem fortuita data loca, tam extra quam intra urbem.*]

Interdum in ignobilibus statui;

D 2 EXTRA

(1) Sermon. Lib. I. Sat. V. (2) In Tiberio. Cap. I. (3) Lib. XXXIV. Cap. VI. (4) *Dio*, Lib. XLIV. (5) *Plinii* Panegyric. LII. III. (6) *Taciti* Hist. Lib. I. Cap. 86. (7) Cap. XXIII.

Extra Portam, & in Viis.

EXTRA Portam & in Viis, perſæpe locabantut Imagines: Extra (1) *Portam Trigeminam*, *Minutio*, Annonæ Præfecto; *Uriæ*, (2) extra Portam, *Mariano* Præfecto Fabrorum. In Viis; *Alamedæ* in *Hiſpania*, duobus ab *Aſtapa* miliaribus (3) *Memmius ſtatuas duas poni juſſit*: Sub (4) *Præneſte*, in Via publica, qua *Albam* itur, in Baſi.

A. MUNIO POPULO POSTULANTI BIGAM PLACUIT EQUESTRI STATUA DECRETO ORDINIS EUM ORNARI.

PROPE *Oduciam*, medio itinere inter *Cordubam* & *Sibiliam*, (5) *Corneliæ* ordo *Iporcenſium* ob munificentiam Statuam poſuit.

Via Sepulcretum *inter* & Urbem, *militaris, illuſtris.*

VIAM illam, quæ *Aquas Solis* & *Vitalis Sepulcretum* interjacet, illuſtrem olim fuiſſe conſtat, ex ejus Figura Deſcriptioneque pridem à me (6) exhibita; qua nempe *Durocorinio*, & *Verlucione* tendentibus ad hanc urbem, ut & ea, & per eam à *Siluribus* ad *Verlucionem*, & *Iſchali* ad

(1) Lib. xxxiv. Cap. v. (2) *Gruteri* Theſ. cccxcii. 6. (3) Pag. ccccxxxvii. 8. (4) *Gruteri* Theſ. ccccxi. 1. (5) *Gruteri* Theſ. pag. cccxxv. 10. (6) In Commentario ad *J. Vitalis* Epitaph. p. 170. Tab. vii.

ad *Durocorinium*, itur; celebrem, inquam, hanc fuiſſe Viam, neque recipienda hac Imagine indignam, omnino veriſimile eſt: Et Imaginem iſthanc, ſive hacce Via, ſive ipſa Urbe poſitam, in vicinum Sepulcretum, ad evitandam forſan *Caracallæ* iram, ut eo melius abſconderetur, revera transferri, non eſt improbabile.

Statuam in Sepulcreto abſcondi.

DE hujus Imaginis tranſlatione ejuſque cauſa, quando per Literas cum Humaniſſimo Doctiſſimoque Viro, *Gualtero Moyle*, Armig. egiſſem, Ille pro ſumma, qua pollet eruditione, & tam in confirmandis quam refellendis aliorum ſententiis, ingenii viribus, plurima hujuſmodi protulit Exempla, quæ Opinioni noſtræ non parum favent, atque adeo illam probabilem reddunt, & *Romano* uſui conſentaneam. [Sex. Titius, *quod habuit imaginem* L. Saturnini *domi ſuæ, condemnatus eſt.*] (1) *Cicero* pro *Rabirio*. De *Caſſio Longino* J. C. quod in vetere gentili ſtemmate *C. Caſſii* percuſſoris Imaginem retinuiſſet, verba facit (2) *Tranquillus*. Inter alia *C. Silio, Meſſalinæ* adultero objicitur apud (3) *Tacitum* [*In veſtibulo effigies*

Tranſlatarum Imaginum Exempla.

(1) Cap. IX. (2) In Nerone, Cap. XXXVII. (3) Annal. Lib. XI. Cap. 35.

figies Patris Silii *consulto senatus abolita.*] Quid quod *Augusto Imperante* (4) *Bruti* statua *Mediolani* in conspectu publico fuit.

Argumenti Summa.

PATET ergo, Statuas *Augustorum* aliquando nudis esse Capitibus, neque Lauro, neque Diademate cinctis; patet, eas in locis minime celeberrimis aliquando statui; patet Equestrem Statuam cum Hasta pura & Parma, *Cæsaris* esse; cum nemini nisi *Cæsari*, Hastam puram una cum Parma dari compertum sit. Patet Imagines à Civitatibus, in Viis, *&c.* ob beneficia fuisse positas: Patet *Getam*, in Viis reficiendis, & id genus publicis operibus munificum se oblectare. Quid obstat ergo, cur, in *Aquas Solis* liberalem *Getam*, hac Statua, tanquam præclaro & perenni monumento, ab ordinibus donari, non opinemur? Atque hæc nostra hac de Imagine sententia.

---

(4) *Sueton.* De Claris Rhetoribus, Cap. ult.

CAP.

CAP. II.

De Getæ *aliis.*

HISCE positis, alia jam persequi lubet, quæ vel ab Historicis omissa, vel incuriose tradita, ad *Getæ* vitam illustrandam, quoquo modo conferre videantur.

Getæ nomen quondam Populi fuit; deinde privatorum hominum: Et quidem apud *Athenienses* servile. In *Africam* manans, *Sept. Severi* tum Genitori, tum Fratri, tum Filio, (qui omnes *Getæ* appellabantur) quasi gentilitium, commune fuit. Ab Avo *Getam* nostrum habuisse nomen, potius quam à Patruo, verisimile est: hoc enim moris erat. *Unde Nomen* Getæ.

GETA natus est *Severo* & *Vitellio* Coss. secundum *Spartianum*, vel potius *Capitolinum*, sed Coss. suffectis, ut supra dictum est; ordinariis vero, Imp. L. *Aurelio Commodo* VI. & *Petronio Septimiano*, *Quando Natus.*

ano, i. e. A. C. 190. Ætatis Anno 23. occisus est.

Imperatorum Rom. communis ætas.

GETÆ brevis ætas, ad aliorum ætates Imperatorum animo agitandas, non invitum memet ducit. Vixit *Julius Cæsar* annos 55. *Augustus* 72. *Tiberius* 77. *Claudius* 63. *Nero* 30. *Galba* 72. *Otho* 46. *Vitellius* 54. *Vespasianus* 69. *Titus* 40. *Domitianus* 44. *Nerva* 65. *Trajanus* 63. *Adrianus* 62. *Antoninus Pius* 69. *Marcus Antoninus* 58. *Commodus* 31. *Pertinax* 67. *Didius Julianus* 60. *Sept. Severus* 65. *Caracalla* 29. *Macrinus* 53. *Alagabalus* 17. *Alexander* 29. Summa Annorum est 1280: quæ per 24. *i. e.* numerum Imperatorum, æqualiter divisa, singulo dabit $53\frac{1}{3}$.

Temperate vitam agentes,

NON injucundum est notare, horum Impp. eos octo qui periculis domi vel militiæ, minime necessariis, se non obtulere; verum e contrario, prudenter & temperate vitas egere, (quorum in numero poni solent *Augustus*, *Vespasianus*, *Titus*, *Nerva*, *Trajanus*, *Antoninus Pius*, *Marcus Antoninus*, & *Alexander*) iis octo, qui his contrarii fuere, (*Julio* nempe *Cæsare*, *Tiberio*, *Nerone*, *Othone*, *Domitiano*, *Commodo*, *Caracalla*, & *Alagabalo*) seniores esse;

esse; & quidem annos 136: qui per octo divisi, singulo prioris ordinis Imperatori dabunt 17: quam illorum longævitatem, Pietatis & Temperantiæ fructum esse, non immerito judicamus.

Cæteris ætate grandiores, & quot annis.

DEIN, ex *Romanis* illis, N°. 24. Impp. e medio sublati sunt 15: id est, eorum duo fere trientes. At ex Regum *Anglicorum* eodem numero, à *Guil.* ejus nominis primo, incipiente, *vitæ finem à natura datum implevere* sexdecim, *i. e.* duo trientes: quod utique miti perbenignoque cum populi nostri, tum regiminis ingenio, deberi manifestum est.

Quot ex iis e medio sublati. Mite Imperium Anglicanum.

E CAP.

C A P. III.

De Getæ *Inſcriptionibus.*

Getæ Inſcriptiones admodum paucæ.

GETÆ Inſcriptiones, quæ proximo loco veniunt tractandæ, propter rationem mox dicendam, admodum paucæ ſunt: eas, quæ inter legendum mihi ſeſe obtulerunt, una collectas, brevibuſque notis illuſtratas, omnes in medium feram; obſervato, quoad ejus facere potuerim, temporis ordine.

Inſcriptio Prima:

Ex (1) GRUTERI Theſauro.

IMP. CÆSAR. LUCIUS. SEPTIMIUS. SEVERUS. PIUS. PERTINAX. AUG. ARABICUS. ADIAB. PARTHICUS. MAXIMUS. PONTIFEX. MAX. TRIB. POT. IX. IMP. XII. COS. II. P. P. PROCOS.
ET. IMP. CÆSAR. MARCUS. AUREL. ANTONINUS. PIUS. AUG. TRIB. POT. IV. PROCOS. ET. IMP. P. SEPTIM. GETA. ANTON. VIAS. ET. PONTES. REST. AB. AUG. M. P. XXXXI.

ERAT

(2) Pag. CLVII, 2.

ERAT *Severus* Imp. iii. Cos. una cum *Antonino*, secundum Auctorem Eminentissimi Cardinalis Anonymum, Anno post N. C. 202. Huic consentit Doctiss. *Ant.* (1) *Pagi*, [*sumtumque*, ait, *hunc ab utroque Imperatore Consulatum juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam; propter nempe* Severi *Decennalia, & Imperii Augustei* Caracallæ *Quinquennalia.*] Quare posita fuit hæc Inscriptio, A. D. 201, vel exeunte seculo secundo. Constat ergo *Getam* nostrum, jam quasi decimum agentem annum, & *Imperatorem* & *Antoninum* appellari. Notum est (2) *Severum* in somnis vidisse *Antoninum* successurum, ideoque Nomen illud utrique Filio dedisse, & in Epistolis familiaribus, cum abesset [*Salutate* Antoninos *Filios & Successores meos*] sæpe [3] scripsisse. *Quo tempore posita fuit hæc Inscriptio.*

Notandus hic loci Doctiss. *Vaillantii* in *Getæ* Nummis Error: Legit ille in eorum aliquo

P. SEPTIM. GETA. CÆSAR.

E 2 In

(1) Critica Historico-Chronologica in Annales *C. Baronii*, Seculo tertio, Pag. 3. (2) *Spartianus* in *Severo*. (3) Vita *Getæ*, Cap. iv.

In aliis IMP. *&c.* quibus omnibus Imperator Eques, & ADVENTUS. AUG.

Vaillantii *Error.*

SUPER hisce commentatur, Adventum hunc, quando Nummus *Cæsaris* nomen præfert, Illius ex oriente, cum Patre & Fratre, in Urbem post *Pescennii* mortem, indicare: Sed cum in Nummo *Geta Imperator* appellatur, ejus in Urbem ex *Britannia* post *Severi* mortem *Adventum* denotari. At vide quam

Avius à vera longe ratione recedit.

Ostendit enim hæc Inscriptio, ante A. C. ducentesimum monumento mandata, *Getam* multis annis ante *Britannicam* Expeditionem appellari *Imperatorem*.

Solus Severus Pon. Max. *hic appellatur.*

SOLUS *Severus* hic *Pontifex maximus*; *Caracalla* in Numismate *Croyiaco*, & *Geta* in nostro, (de quibus utrisque postea) tantum PON. appellatur: Cujus rei causa mox investigabitur.

Opera Severi *publica tam multa quam egregia,*

MULTA, tum in Urbe, tum in Provinciis, opera publica reliquit, animo satis excelso, *Severus*; uti *Septizonium*, *Janos*, *Portam* & *Thermas* sui nominis, *Pantheum*, *Arcem Britannicam* sive *Armamentarium*

mamentarium Batavicum; quibus addi possunt, cum aliis quam plurimis, *Viæ* & *Pontes*, hac Inscriptione memorati: quæ quidem omnia vel nova condidit, vel ætate conlabsura de suo restituit. Hujusmodi tres sunt, apud *Gruterum*, aliæ Inscriptiones, quæ uno ore omnes *Getam* Imp. una cum *Severo* & *Caracalla*, propter restitutas ab iis Vias & Pontes, celebrari palam faciunt. *Inscriptionibus passim memorata.*

PIUS hic *Severus*; Pius, *Antoninus*; alibique *Geta* Pius; quinimo *Julia Augusta* in Nummis *Pia* dicitur. Enimvero *Pia* Gens erat, e qua ille astutia, fraude, & crudelitate; iste omne genus impietate; hæc adulteriis, uti modo dixi, famosa erat. Sed Imperatores omnes fere id temporis (quod à *Gevartio* notatum) ut ex Numismatibus & Rescriptis Principum apparet, *Pii* nomine gloriabantur; etiam minime *Pii*. Quorum e numero fuit Pius *Commodus*, Pius *Elagabalus*, ac Piissimus *Dioclesianus*, aliæque generis humani pestes & opprobria. *Domus Severianæ aliorumque Pietas.*

In-

Inscriptio Secunda:

In Castro *MONTIS-FALCONIS.*

IVN. AI. AVG. MAIEIS. CASIROR S. III. MIVS HONORARIVS PROC. AVGG. H. CÆS.

Quod à Clariss. (1) *Sponio* correctum, ita legitur.

IVLIÆ AVG. MATRIS CASTROR. SEPTIMIVS HONORATVS PROC. AVGG. ET CÆS.

Julia, Caracalli *Genetrix,*

Erat hæc *Julia Severi* Imp. Uxor, *Caracallæ* Genetrix; de quo, ejusque Parentibus, ita suaviter (2) *Oppianus,*

Σὸι μάκαρ ἀείδω γαίης ἐρικυδὲς ἔρεισμα,
Φέγγ⊕ ἐνυαλίων πολυήρατον Αἰνεαδάων,
Αὐσονίȣ Ζίω⊕ γλυκερὸν θάλ⊕, Αντωνῖνε.
Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο Δόμνα Σεβήρῳ,
Ὀλβίῳ εὐνηθεῖσα, ἢ ὄλβιον ὠδίνασα, &c.

Φιλόσοφ⊕ appellata,

Non solum ingenii viribus donata est (nam totos sæpe dies philosophando disputandoque terebat cum Sophistis & Philosophis; unde Φιλόσοφ⊕ a (3) *Philostrato*

(1) *The History of the City and State of* Geneva, *by* Isaac Spon, M. D. 1687, p. 226. (2) Κυνηγετικῶν initio. (3) In vitis Sophistarum.

ſtrato dicta eſt) ſed & corporis valetudine. Caſtris ſæpe cum *Severo* tempus impendit, ideoque *Caſtrorum Mater* appellata eſt, tam in Nummis, quam hac Inſcriptione, & apud *Gruterum* (1) aliis: Verum ex ſententia Doctiſſ. (2) *Patini*, non ea ratione, qua olim *Fauſtina* eodem titulo fuerat nuncupata: [*Eam enim*, inquit Capitolinus, *Divam* Marcus *à Senatu appellatam gratulatus eſt, quam ſecum in æſtivis habuerat, ut* Matrem Caſtrorum *appellaret*.] Utque *Severus*, *Aurelii* Filius appellari voluit, probabile eſt, eum uti ſibi Paternum, ita mulieri Maternum nomen affectaſſe; & S. P. Q. R. *Juliæ*, tanquam *Fauſtinæ* Filiæ, eoſdem Honores detuliſſe: Quæ utique *Patini* Sententia mihi veriſimillima videtur.

Et Caſtrorum Mater,

AUGUSTA hic dicitur, & prima *Romanarum* fuit, quæ *Auguſtam*, *Felicem*, & *Piam* ſe nuncupari voluit. *Piam*, inquio, quamvis Adulteriis (3) (*Spartiano* teſte) famoſa: Nihilominus à *Severo* minime repudiata fuit: Cujus rei cauſam eſſe judico, (4) *quoniam id geniture haberet, ut Regi jungeretur.* Voluit nempe *Severus*

Et Auguſta.

Quare Juliam, *etiamſi Adulteriis famoſam, minime repudiavit* Severus.

(1) Pag. xxxix, 3. ccxlii, 5. (2) Vide Rom. Imp. Numiſmata per *Car. Patinum*, pag. 230. (3) In *Severo*. (4) Ibid.

Severus ſibi gentique ſuæ totum hoc ſervari.

Matres Senatus, Matres Patriæ. MATRES *Caſtrorum* appellabantur *Fauſtina*, *Julia*, *Mammæa*, & *Victoria*: quinimo Mulieres nonnunquam, Adulationis ergo, *Matres Senatus* & *Matres Patriæ* dicebantur: uti *Julia*, Gruteri Pag. CCLXV. 2.

Quodnam munus Procuratoris. SEPT. *Honoratus*, qui monumentum hoc erexit, (*Septimii Severi* forſan Libertus) Procurator fuit *Juliæ*: Hoc eſt, ejus negotia ex ejus mandato adminiſtravit, tum in judicio, tum extra: Hoc enim munus fuit Procuratoris; idque interdum generale, interdum in Provinciis quibuſdam particulare, & tunc *Procuratores Provinciarum* audiebant, ut [*Procurator Imp. Cæſaris* Aug. *Provinciæ* Luſitaniæ.] (1) Monumentum inſcripſit *Auguſtis*, i. e. *Severo Caracallæque*, & *Cæſari*, i. e. *Getæ*.

Quo tempore poſitum fuit hoc monumentum. FUIT hic *Honoratus* aut latiori vocis ſignificatione *Procurator*; itaque forſan etiam *Egregius Vir*, (de qua loquendi For-

(1) Vide *Urſatum* de notis *Romanorum*. Vide porro, quæ Vir Doctiſſ. *Humfridus Prideaux*, in Notis ad Marmor *Tingitanum*, de *Procuratoribus*, lectu digniſſima collexit. *Marmora Oxon*. p. 135. & ſeqq. Quibus addi poſſunt, quæ in ampliſſimo *Gruteri* Theſauro inveniuntur, Indicum Cap. vii. *Proc. Aug.* & ſeqq. *Feneſtella* de Magiſt. Rom. Cap. xxvi.

Formula videantur *Pancirollus* & *Gutherius*;) aut particulatim, quod probabilius, in *Biturigum* hac *Cuborum* regione muneris hoc obivit: idque *Juliæ* forſan, quam hac Inſcriptione celebrat, favore & auctoritate. Erectum eſt hoc monumentum, annos intra 199 & 209: Quod ex *Geta Cæſare*, ſed non *Auguſto* manifeſtum eſt.

Inſcriptio Tertia.

Altare apud *Brigantes*, e Clariſſimi *Camdeni* Britannia.

DUI CI. BRIG. ET NUM. GG. T. AUR. AURELIANUS DD PRO SE ET SUIS. S. M. A. G. S.

Quod ita lego:

DUI *Civitatis* Brigantum, *&* *Numinibus Auguſtorum*, Titus Aurelius Aurelianus *dedicavit pro ſe & ſuis, ſacrum memori animo gratis ſolvens.*

Altero latere

ANTONINO III ET GET. COSS.

id eſt, *Antonino* tertium, & *Geta* Conſulibus.

Lectio Inscriptionis alia.

ALITER hæc Inſcriptio legitur à Clariſſ. (1) *Grutero*, ut & ab Antiquitatis ſtudioſiſſimo noſtrate (2) *Rog. Dodſworth*: Prior ille ſenſum Inſcriptioni prorſus alienum afferre conatur: Poſterior in prima linea DU. C. In ſecunda NUM. MGG. In tertia FL. pro T. In quarta S. FU, pro SE. In quinta F, pro ET. Et adverſo latere ANIQ. NI. pro ANTONINO legit; itaque *Camdenianæ* Editionis ſenſum minime pervertit.

Dui cum Numinibus Augg. adjungitur.

DE *Dui*, ſive *Britannorum* communi, ſive ἐπιχωρίῳ *Brigantum* Deo, fortaſſe alibi. Notatu dignum in præſenti arbitror; primum huncce Deum cum Numinibus Auguſtorum, *i. e. Severi* & *Caracallæ*, jungi. Deinde rem Chronologicam multum hic turbari: quam, ut potero, conabor recte repræſentare.

Geta nunquam tertium Coſ.

CASSIODORI Chronicon affirmat, *Antoninum* fuiſſe III Coſ. cum *Geta* II. ſic etiam Faſti Conſulares, & ſecundum illos *Baronius* aliique; ſed falſo omnes. *Geta* enim hic noſter nunquam III Coſ. fuit; ut ex optimæ fidei Auctore Anonymo

(1) In Notis ad Theſaurum Inſcriptionum. (2) *Camdeni Britannia* Anglice impreſſa, ipſo fine operis.

mo patet; cui suffragatur *Ant. Pagi.* Qui contrariam tuentur opinionem, ii primum illum cum *L. Septimio* (sed rectius *Fulvio*) *Plautiano* Consulatum; alterum cum *Antonino* Fratre, gessisse volunt. At *Geta* ille, *Plautiani* Collega, non *Severi* Filius, sed Frater fuit; quod ex duobus *Getæ Cæsaris* Numismatibus apud *Mediobarbum*, ita probavit Doctiss. (1) *Norisius*, ut nemini jam sit dubitandum. Geta, Plautiani *Collega*, *fuit* Severi *Imp,* *Frater.*

REJECTO igitur hoc primo *Getæ* nostri Consulatu, primum eum Cos. fuisse cum *Antonino* II, post Auctorem Anonymum, & *Antonium Pagi* opinor: Et *Getam* huncce II fuisse Cos. cum *Antonino* III; quod abunde testatur (2) Ara *Romæ* servata, quæ *Domitium Valerianum* honesta missione fuisse missum declarat Imp. *Antonino* III & *Geta* nobilissimo Cæsare II Cos. Qua de re, cum uno ore consentiunt optimæ notæ Chronologi omnes, non est ut diffidamus: Hæc igitur Inscriptio, quæ contrarium affirmat, nempe *Antoninum* III cum *Geta* (id est, *Geta* prima vice) fuisse Cos. omnino errati arguenda. Proculdubio legendum *Antonino* III, & *Geta* II Cos. Geta *noster iterum Cos. cum* Antonino III,

F 2 HÆC

(1) Apud *Ant. Pagii* Criticam in Annales *Baron.* Seculo iii. pag. 5. (2) *Gruteri* Thes. pag. xlv, 13.

HÆC de Consulum vicibus, de eorum Consulatus anno jam dicemus. Clariss. (1) *Savilius*, Fasti Consulares, & ad (2) *Camdenum* Adnotator, eum post N. C. fuisse 209. *Cassiodori* Chronicon 210. Hoc novissime dictum manifeste falsum apparet, ex eo quod si anno 210 statueretur hoc Altare, non duobus, sed tribus Augustis (tres enim eo erant anno) fuisset dicatum. Longe probabilior annus 208; utpote qui ab Auctore Anonymo, ab Eminentiss. Cardinale, à Doctiss. *Pagi* comprobatus, & cum illorum temporum Historia maxime conveniens. Nam ante *Severi* in *Britanniam* iter, exercitum illi qualem qualem in ea fuisse, constat ex (3) *Xiphilino*, qui stomachari *Severum*, ex Dione, ait, quod cum *aliorum opera Hostes* in Britannia *vinceret*, Ipse in *Italia* Latrone, *Bula* appellato, quem frustra persecutus est, inferior esset. Forsitan ex [*hisce aliis*] fuit *Aurelianus*, qui & *Brigantibus* præfuisse, & hosti sub auspicio Augg. prospere pugnavisse, deindeque hoc Altare, quo se Augustis commendaret, erexisse, non immerito credatur.

A. *post* N. C. 208.

SIN-

(1) In *Fastis*. (2) *Brigantes*. (3) In *Severo*.

SINGULÆ D D, & S. M. A. G. S. opinante *Ursato*, Votivum oſtendunt.

Inſcriptio Quarta.

Ex Epiſcopi *Elwenſis* Inſcriptionum antiquarum Sylloge.

FORTUNÆ. AUG. SAC. PRO. SALUTE. ITU. AC. REDITU. D. D. N. N. M. AUREL. ANTONINI. PII. AUG. ET. P. SEPTIMII. GETÆ. NOBILISS. CÆS. CIV. BATAVI. FRATRES. ET. AMICI. P. R. V. S. L. M.

ERUTA eſt hæc Inſcriptio ad veteris Rheni oſtium, in Armamentario illo *Pop. Rom.* maritimo, quod hodie *Arx Britannica* nominatur. Fieri videtur, cum *Antoninus Caracalla* Auguſtus, & *Geta*, adhuc *Cæſar*, ſub auſpiciis *Severi* Imp. in *Britanniam* iter intenderent; A. C. 209. Sumebantur forſan ex hoc Armamentario Ferramenta & Machinæ ad hanc expeditionem militares: Educebantur e *Batavia* milites forſan, qui ſub *Auguſto* hoc & *Cæſare* ſtipendia mererentur in *Britannia*. Nam *Fortunæ Auguſtæ* ſacratum hoc monumentum, idque pro Salute, Itu, Redituque Dominorum, uti dicitur, noſtrorum,

Quo anno poſita hæc Inſcriptio,

Et quibus de Causis.

strorum, hanc expeditionem, & hos in ea claris nominibus viros, omnino respicere videntur. *Fortunæ*, nemo nescit, quæ nunc *Aurea*, nunc *Regia* dicebatur, quæque comitari Principes solebat, in eorum cubiculis poni (1) Imaginem, tanquam sacratissimum simulacrum: Atque huc, nisi me fallit animus, spectat Inscriptio *Fortunam* hanc appellans *Augustam*.

Geta *anno post N. C.* 209. Cæsar Nobilissimus.

Probat Inscriptio, contra quam à nonnullis pro certo affirmatum, *Getam* hoc tempore, nimirum Anno post N. C. 209, non *Augustum*, sed tantum *Cæsarem Nobilissimum* appellari. Nam vix credibile est, *Cives Batavos, Fratres & Amicos, P. R.* (sic Inscriptione jam memorata nominantur, at in alia (2) *Gens Batavorum, Amici, & Fratres Rom. Imp.*) in voto hoc religiosissime, pro salute *Getæ*, (Bassianique) faciendo, illius tituli *Augusti*, certe præclari & honore pleni, non ita pridem à *Severo* delati, potuisse oblivisci. Enimvero fieri non potuit sine gravi contumelia. *Getam* igitur eo tempore non fuisse *Augustum*, mallem opinari; quam de *Batavis* tam insulse loqui.

Doctis-

(1) Vide *Spartianum* in *Severo* sub finem. *Capitolinum* in *Antoninis Pio & Philosopho*. (2) *Gruteri* Thes. pag. ccccxcix, n. 13.

DOCTISSIMUS Vir (1) *Jos. Scaligerus*, nummi cujusdam auctoritate, *Getam*, Anno post N. C. 204, *Augusti* nomen obtinuisse tradit. Nummus habet IMP. CÆS. P. SEPT. GETA. PIUS. AUG.

SÆCULARIA. SACRA. S. C.

Quia Sæcularia memorantur hoc Nummo, colligit Doctiss. Vir, eorum anno *Getam* primum appellari *Augustum*. At frigidum hoc argumentum, & nullarum plane virium: Constat enim, in Decennalibus, victorias ante decennium exactum reportatas, aliaque ad gloriam principum facientia, quinimo Ludos sæculares, in Nummis insculpi, sicque solere memorari: quare nihil valet argumentum hac in re, à Numismate, tam diu post hosce Ludos excuso, ductum; quod adversus *Scaligerum* solerter & nervose urget (2) *Antonius Pagi*. *Scaligeri Error*.

A DECENNALIBUS, anno post N. C. 208 celebratis, contendit hoc clarissimum in re Chronologica lumen, *Getam* eo anno creari *Augustum*, id est, antequam in *Britanniam* expeditionem inciperet, [quo-

(1) Vide Animadversiones in Chronologica *Eusebii*, pag. 228.
(2) Critica in *Baronii* Annales, Seculo iii. pag. 7, 8.

[*quoniam,* (2) ait, *annis hujusmodi solenniis addictis novi Cæsares, aut* Augusti *creari solerent.*] Sed annon Vir egregie doctus ὑποθέσει nimium hic δικάζει? Nihil hic profertur, quod de *Geta* particulatim hoc confirmet: Ex altera parte (1) legimus (uti jam dictum est) *Valerium Valerianum* honesta missione fuisse missum *Antonino* III, & *Geta Nobilissimo* II Cos. id est, Anno post N. C. 208: Et in nostro hoc Altari, Anno 209 exstructo, *Geta* iterum appellatur *Nobilissimus Cæsar*, non *Augustus*. Lapidibus omnino standum est, fide, præquam ex adverso quod opponitur, longe firmiori præditis; & illud Doctissimi *Pagii* Dogma jam dictum in iis paucissimis, quæ, Ipso confitente, *à consuetudine recesserunt*, est habendum. Recte igitur (2) *Camdenus* asserit, [*Getam, Augustum,* cum in *Britanniam* appulisset, creavisse] *Severum.*

Et Ant. Pagi.

QUAS ob causas *Cives Batavi, Fratres & Amici Pop. Rom.* dicerentur, à *Bataviæ* optimo illustratore simulque Artis nostræ ornamento, (3) *Hadriano Junio* sat dilucide ostensum est.

HIC

(1) Vide *Gruteri* Thes. pag. xlv, 13. (2) *The* Romans in Britain. *Page* lxxi. (3) Bataviæ Historia. Dordrecti, cIↄIↄclii.

φιλορωμαίκ appellatio magni olim æstimata.

Hic autem adjicere non pigebit, φιλορωμαίκ appellationem, magni olim habitam (quippe quæ non uno nomine quæstum & commoditatem secum ferebat) in Nummis *Cappadociæ* Regum, *Ariarathis* & *Ariobarzanis*, aliorumque, quod Excellentissimo (1) *Spanhemio* referimus acceptum, fuisse cusam: Quin & unum e *Ptolemæis*, immani pretio, inter alia, hunc [*Amici Romanorum*] titulum, à *Romanis*, uti refert (2) *Dio*, comparasse.

Cæsarum titulus Nobilissimi *quam antiquus.*

Porro præterire nequeo, longe melius ab hac Inscriptione, quam ab Actis istis SS. Martyrum, ab Eminentissimo (3) Cardinale, Domo *Oxonia*, memoratis, probari posse, antiquius, quam plerique existimarunt, Titulum *Nobilissimi* Cæsaribus fuisse impertitum.

Batavorum hocce votum

At bene pieq; *Batavi* (ut eorum erat Religio) votum solverunt, pro salute *Antonini* & *Getæ*, longi itineris terra marique pericula tentantium; bene, pro eorum, alterum orbem jam invadentium, itu felici, & bono rerum eventu: Belli enim genus

G erat

(1) De Præstantia & Usu Numismatum antiquorum. Diss. oct. § 3.
(2) Lib. xxxxix. pag. 108. Ed. *Hen. Stephani*, MDXCII.
(3) De Epochis Syro-Macedonum, Diss. iv. § iv.

erat quodammodo novum, præsertim hisce militibus novitiis; in quo non solum homines Libertatis ab omni seculo amantes, (&, si licet divinare, illam in omne seculum amaturi) sed & ipsa non parum elementa illis obsisterent. Quam autem apte pieque Reditum illis precarentur, ex eo disci potest; quod de exercitu, qui cum *Augusto* hoc *Caledoniam* intravit, quinquaginta hominum millia, qua præliis, qua velitationibus, qua insidiis, sublata fuere; neque ad suos, ex *Batavorum* voto, Receptum facere cis Vallum potuere.

quam pium & idoneum.

INSCRIPTIONE proxime memorata *Civitas Brigantum*, hic *Cives Batavi* leguntur. Neutrubi Urbs, ejusve Incolæ, sed Populus, certum quendam terræ tractum incolens, ejusque Ditionem habens, utrobique intellegendus.

Civitas *Populum significat, terræ tractum incolentem, ejusque ditionem habentem.*

Inscriptio Quinta,

E *CAMDENO.*

PRO SALUTE AUGG. N. N. SEVERI ET ANTONINI ET GETÆ CÆS. P. SAL TIENUS P. F. MÆCIA THALAMUS HADRI PRÆF. LEG. II. AUG. C. VAMPEIANO ET LUCILIAN.

QUI

QUI hic *Vampeianus* errato cælatoris appellatur, rectius *Pompeianus*; qui hic *Lucilianus*, à Fastis Consularibus & *Baronio*, *Lollianus Avitus*, sed ab *Ant. Pagi* dicitur *Avitus*. Erant *M. Aurelius Pompeianus* (sic à Doctiss. (1) *Almeloveen* & *J. Pighio* dictus est, sed à (2) *Pagio Claudius Pompeianus*) & *Lollianus Avitus* Coss. Anno post N. C. 209. cujus initio Monumentum hoc erectum est; nimirum ante *Getæ* in *Britanniam* adventum: Quod ex verbis in eo GETÆ CÆS. omnino manifestum. Hic & duo Lapides supra (3) memorati, recte eos perpendenti, sunt irrefragabili argumento contra *Anton. Pagi*, *Getam* non *Augustum* appellari ante ejus in *Britanniam* adventum: Cujus ille contrarium (2) affirmat.

Tres adversus Pagium Inscriptiones.

Quo anno Monumentum hoc erectum.

MÆCIA, pro MOESIA, est Ablativus localis gentilitius; cujus apud (4) *Gruterum* & *Reinesium* exempla sunt quam plurima. Sic *Q. Tamudius Q. F. Palat. Grajus* Vienna: *Ti. Julius Stel. Verecundianus* Bononia: *Q. Tamudius Sex. F. Arrius* Reate: *C. Moaius* Verona: *Arn. Afri-*

Hominum Cognomina.

(1) Fastorum *Rom.* Consularium Lib. priore. (2) Critica in *Baronii* Annales, secul. iii. Pag. 8. (3) Pag. 40. (4) Vide Indicem utriusque, xix.

Africanus Brixello: *Proculus* Faventia. Ubi Præpositio [*e*] ἐκλείπεται; sic, ut [*of*] in hujusmodi Nominibus crebro apud nos in usu: *Thomas Buckingham*, *York*, *Kent*, *Salisbury*, *Nicholas Burrington*: Regionum scil. & Urbium nominibus in Hominum cognomina mutatis.

Sæpe sumuntur a Locis.

Hæc Inscriptio non Anni 210.

PATET hoc Consulum par non fuisse anni 210, quod à Chronico *Cassiodori*, Fastis Consularibus, & ad *Camdenum* Adnotatore, disertim affirmatum: Eo enim posito, non *Getæ Cæsari*, sed tribus *Augustis* facta fuisset dedicatio.

P. F. significant *Publii Filius*.

NISI *Thalamus* legi debeat *Thermarius*, nescio sane, quid sibi velit. In Thes. *Gruteriano* legimus [*D. M. Virino Verecundi* F. Thermario.]

HÆC igitur Inscriptionis hujus esse mens videtur,

Ejus significatio.

P. Saltienus e Mæsia, Præfectus Legionis II *Augustæ, pro salute Augustorum nostrorum, Severi & Antonini, & Getæ Cæsaris. Claudio Pompeiano & Lolliano Avito Coss.*

LEG.

LEG. II dicta est ob virtutem *Augusta*; sic, ut *Ala Augusta*, &c.

Inscriptio Sexta,

Ex Grutero, *qui ex* Antonini Augustini *schedis habuit.*

IMP. CÆSARI. GETÆ. SEVERO. AUG. DIVI. SEPTIMI. SEVERI PII. PERTINACIS. AUG. ARABICI. ADIABENICI. PARTHICI MAXIMI. PACATORIS. ORBIS. F. ET. M. AURELII ANTONINI. IMPERAT. FRATRI. RESPUBLICA. TUCCITANORUM. D. D. D.

TUCCI, Populus *Hispaniæ, Turdulorum* in *Bætica* Civitas, nonnunquam *Martos* appellata, monumentum hoc erexit, A. C. 212. *Severo* (qui Divus hic dicitur) defuncto. *Quo tempore Monumentum hoc erectum.*

GETÆ *Severi* (sic enim hic appellatur) in gratiam illud erigi videtur, cujus nomen in eo *Caracallæ*, quamvis ambo Augusti tum temporis, hicque Frater natu major erat, præponitur. Sed qua de causa condidere *Tuccitani*, non apparet. Certissimum est, *Severum* post *Geta hic Severus appellatur, quod notatu dignum.*

Quæ-

Conjectura de Inscriptionis causa, Quæsturam forte (1) *Bæticam* accepisse: cui dum præfuit, ita forte beneficiis eam obstrinxit, à *Mauris* ibi vastata instaurando, aliasve, ut eorum postea memores, hoc, in *Getæ* Filii *Severo* carissimi honorem, Μνημεῖον erigerent *Tuccitani*.

CUM in *Getæ* amicos, eo jam occiso, sæviit *Bassianus*, male proculdubio *Tuccis* evenit; una cum aliis aliquammultis inclementer habitis. Nam ex iis, qui levem *Et servandæ modo.* modo cum *Geta* notitiam habuissent, reliquit neminem; Ducesque Provinciarum universos, ac Procuratores, veluti *Getæ* (2) amicos, interimi jussit. Hac gliscente sævitia, forte quidam ex *Getæ* amicis, illius ergo, monumentum hoc abscondit, & in nostra hæcce tempora servari voluit. Et ad mitigandam sive antevertendam *Antonini Caracallæ* iram, forte monumentum illud erexerunt *Tuccitani*, de quo *Gruterus* (Thesauri Pag. cclxvii, 3.) huic nostro non multum absimile.

QUONIAM magna pars Inscriptionis, in *Severi* longo Titulorum ordine recensendo locetur, operæ pretium erit illius vitam

(1) *Spartianus* in *Severo*. (2) *Herodian*, Lib. 4.

vitam exitumq; paucis exhibere. *Lepti* in *Africa*, rure tenui, hodie *Tripoli* de *Barbaria* dicto, oriundus, Imperii *Rom.* cæde & ſanguine potitus, *Pius*, *Pertinax*, *Auguſtus*, *Arabicus*, *Adiabenus*, *Parthicus Maximus*, *Pater Patriæ*, *Divi M. Antonini Filius*, *Divi Commodi Frater*, *Divi Pii Antonini Nepos*, *Divi Hadriani Pronepos*, *Divi Trajani Abnepos*, *Divi Nervæ Adnepos*, tanquam Affinis & Conſanguineus horum Impp. audiri voluit; quorum neminem vel gradu centeſimo (quod à Reverendo admodum Epiſcopo *Aſaphenſi* notatum) attigit. Cum ſecuritatem orbi (*i. e.* Domui ſuæ) comparaverat, *Italiæ Galliæque* aura certe dulciſſima, una cum reliquis earum deliciis, poſthabita, tametſi ſexagenario jam major, & *Arthritide* graviter afflictus, *Mæatas*, & *Caledonios*, propter imbecillitatem plurimum operta lectica vectus, ambitioſus ſenex invaſit: At quo eventu? Certe ambitioni tam inconſultæ pari. Nam ætate, morbo, itinere, *Baſſianique* Filii nequitia confectus, pacato quidem hoſte, ſed non (ut murus oſtendit) domito, conciſo vero, quod dixi, exercitu, vitam *Eburaci*, pridie nonas *Februarii*, finivit; auſo imprudenti, & Arthritico Imp. prorſus inepto. Ita qui *omnia fuit*, (ipſo ſe fatente) *nihil expedire* ſenſit. *In-*

Severus *titulorum amans*.

Vitam inepte finiit.

Inscriptio Septima,

E *CAMDENO.*

I. O. M.
OH. I. ÆL. DA
C——C——A. GETA
IRELSAVRNES

———————————

———————————

———————————

Vallum Imperii decus Severiani maximum.

Non procul à Vallo, (quod ab Imp. *Severo* restitutum, affirmante (1) *Spartiano, maximum ejus Imperii decus fuit*) Stationem habuit *Cohors prima Ælia Dacorum*; ut aperte monstrant *Altaria Jovi Opt. Max.* ab iis eo loci posita, & nuper effossa: Quorum uno legitur hæc (2) Inscriptio; sed Literis adeo fugientibus & obscuris, ut in eo, præter Nomen *Getæ*, nihil memoratu dignum inveniatur. Quid significet *Irelsaurnes*, omnino nescius sum.

In-

(1) In *Severo*. (2) Apud Brigantes.

Inſcriptio Octava,

E *CAMDENO.*

IMP. CÆS. L. SEPTIMIO
PIO PERTINACI AVGV.——
IMP. CÆSARI. M. AVRELIO A-
PIO FELICI AVGVSTO ————

————————————

————————————

BRACCHIO CÆMENTITIVM-
VI NERVIORUM SVB CVRA LA
SENECION AMPLISSIMI-
OPERI L. VI SPIVS PRÆF-
—————LEGIO.———

BRACCHIUM apud *Brigantes Romanorum* militum fuit præſidium; opus Ceſpititium, ætate fractum, & in ruinas abiturum; ideoque Cœmentitio nunc inſtauratum opere. Sexta *Nerviorum* Cohors hic in præſidio videtur egiſſe, & in Colle Vallato proximo, *Ethelbury* nunc appellato, æſtiva tenuiſſe. Inſcriptionem ipſam, pulcherrimo Charactere, Victoria ſuſtentatam *Alata* vidit Antiquitatum *Britannicarum* Antiſtes *Camdenus.* E quo hæc ſumuntur, & cujus hæc de illa Inſcriptione

Bracchium ex Ceſpititio fit Cœmentitium.

Camdenus, *hanc Inſcriptionem vidit.*

ſcriptione opinio, [*nimirum* Getæ *nomen hic eradi*] maxime probabilis.

Getæ Nomen Inſcriptionibus ſæpe eraſum.

PLURES fuiſſe *Getæ* Inſcriptiones omnino veriſimile eſt, ſed cum ejus Nomen adeo *Taranti* factum eſt odioſum, ut ſi quis illud ſcripſiſſet, aut pronuntiaſſet, e veſtigio morte multaretur, (quod tradit (1) *Dio Xiphilini*) eradi illud Inſcriptionibus, agnoſcunt eruditi: Cujus rei exemplum utique luculentum hic apponam. Vir Doctiſſ. (2) *Andreas Morellius*, in Specimine univerſæ rei nummariæ antiquæ, commemorat [*Virum Eruditiſſ.* Hadrianum Auzout, Gallum, *cum* Vaillantio *et aliis amicis, ſcalis admotis,* Severi *Arcum conſcendiſſe*] ſingulas Literas examinaſſe, & foramina clavorum deprehendiſſe, quibus Literæ nominis *Getæ* affixæ antea fuerint, hunc in modum.

PUBLIO SEPTIMIO GETÆ CÆSARI PONTIF.

QUARUM loco poſtea, prioribus à *Caracalla* ſublatis, ſubſtitutæ ſunt,

OPTIMIS FORTISSIMISQUE PRINCIPIBUS.

QUAS

(1) In *Caracallo.* (2) Acta Eruditorum, Menſis, Julii, A. MDCXCV.

QUAS tamen, utpote æreas, Barbari etiam ſuſtulerint.

HÆ ſunt omnes, quas videre licuit, *Getæ* Inſcriptiones; paucæ profecto, ſi omnino omnes: ſed ignoſcent *Getæ* manes, ſi *Tarantis* odio factum ſit, ut ex iis tantum octo nunc ſuperſint (quanquam apud Inſcriptionum Collectores plures inveniri poſſe nullus dubitaverim) cum *Julii Cæſaris* hominum,

Getæ Inſcriptiones *numero plures, quam* J. Cæſaris.

Quot ſunt, quotque fuere,
Quotque poſt aliis erunt in annis,

omnium maximi, Inſcriptiones ſex ſeptem tantum hodie cernantur.

CAP. IIII.

De GETÆ *Nummis.*

Getæ Nummorum divisio:

GETÆ Nummi in tres Classes apte possunt dividi: Quarum prima ejus *Vultum*; altera *Virtutes*; Tertia, *delatos ei à Civitatibus Honores* exhibet.

Classis primæ Nummus Primus.

TABULÆ secundæ Fig. 1. Nummum ostendit *Getæ* nostrum Argenteum; agro *Somersettensi*, annis ante aliquot effossum; & à Muliere illustri, rarissima, Nobilitatis antiquæ, Pietate omnibus retro memorabili, Domina *Speke* de *Hasilbury*, dono mihi datum. Habet ille altera parte Caput *Getæ* nudum, cum hac Epigraphe,

SEPT. GETA. CÆS. PON.

Altera Fœminam, Cornu copiæ sinistra, Victoriolam Dextera tenentem, &

FELI-

FELICITAS PUBLICA.

Cum Statuam *Bathonienſem* Ectypam, penecillo delineatam, cum hoc Numiſmate caſu comparaverim, oris improviſo apparuit tanta Similitudo, quanta ab utroque (tum Statua, tum Numiſmate) unius ejuſdemque repræſentari Hominis Vultum argueret; quoque attentius hanc rem inſpexerim, animoque perpenderim, eo me de ejus probabilitate magis perſuaſum habui. Memet in hac Sententia non parum confirmavit, quod cum Ectypum illud optimæ notæ Sculptori, ejus incidendi ergo, mandaverim, en! ejus Figuram, ab eo (quod ad rem noſtram magnopere facit) *nondum viſo Numiſmate*, ſic cælatam, ut, utrum in Statua, an Numiſmate ori, ſimilior ſit, omnino dubitemus. *Noſtri cum Statua ſimilitudo.*

Claſſis primæ Nummus Secundus.

ALTER ille Nummus *Getæ* Argenteus, quem Sanctiſſimæ Prænobilique Dominæ, Domo *Pembrokienſi*, grate refero acceptum, nudum etiam Illius Caput exhibet, *Nummus* Getæ

Pulcerrimus. exhibet, neque vel Laurea cinctum: Faciem insuper adeo pulcram, (vide Tab. II, Fig. 2.) ut nec *Adonis* ea pulcriorem ostentet. Inscriptio, qualis jam memorata est. Altera vero parte legitur,

SECURIT. IMPERII,

Ipsaque *Securitas* Sella sedet otiosa, Brachio sinistro neglegenter innixa, dextera orbem tenens. *Geta* in hisce Nummis *Cæsar* appellatur, at non *Augustus*: ideoque Caput ejus Laurea minime circumdatum. *Cæsaris* nomen accepit ille *Ti. Saturnino* & *C. Gallo* Coss. A. U. 951, post N. C. 198. subactis à *Severo* patre, (1) *Nigro* & (2) *Albino*, occisoque *Juliano* (3) competitoribus, & devictis hostibus *Parthis*, (4) *Arabibus*, & (5) *Adiabenis*: Quod ostendere videntur *Copia Cornu*, *Victoriola*, cum Inscriptionibus *Felicitas publica* & *Securitas Imperii*; quæ utraque *Severo* nunc rerum potito, Orbi ab eo reddita posset existimari. Fuit hic Annus (scil. 198.) ætatis *Getæ* nonus. Parvulum Cæsarem! Parvulum Pontificem! Sed amabilem, & Patri jam senescenti carum & dilectum. Ipsum

Quo Anno Geta primum Cæsar appellatus.

(1) *Herodian.* Lib. iii. § 14. (2) § xxiii. (3) Lib. ii. § xli, (4) Lib. iii. § xxviii. (5) Lib. iii. §. xxx.

Ipſum diem delatæ Illi *Cæſareæ* Dignitatis, Eminentiſſ. (1) *Noriſius* Martii ſeptimum eſſe vult; ex Actis neſcio quibus Paſſionis S. S. Martyrum, *Perpetuæ* & *Felicitatis*. E contrario Calculus hic à (2) *Pagio* minime probatur: Sed ut aperte fabuler, cum de iſtorum Actorum auctoritate non conſtet, potius quam ſubleſtæ fidei teſtes citare, mallem ἐπέχειν.

Claſſis primæ Nummus Tertius.

GETÆ Nummus eſt *Oiſelianus*, qui ad hoſce noſtros quam proxime accedit. Vultum babet placidiſſimum, venuſtum, Gratiis plenum: Jurares ipſius *Getæ* eſſe. Epigramma idem, quod in prædictis. Tribus hiſce Nummis *Getam* Pontificia Dignitate decorari conſtat. Poſt *Lepidum*, *Auguſtus* Pontifex Maximus appellari voluit, & poſt *Auguſtum* omnes ad *Balbinum* uſque & *Pupienum* Imp. obſervata ſemper hac regula, quod, ubi plures ſimul *Auguſti* (uti *Marcus* & *Verus Antonini*) fuerunt, eorum unus tantum

Geta Pontifex hiſce Nummis dictus,

(1) De Epochis Syro-Maced. Diſſertatione quarta, § iv.
(2) Critica Hiſtorico-Chronol. Seculo 11, pag. 89.

tantum Pontifex *maximus* appellaretur; ceteri vero *Pontifices*: Atque hac de causa in Nummis supradictis *Geta* PON nuncupatur; ut et Frater ejus natu Senior *Caracallus*, in Nummo (3) *Croyiaco*, tametsi *Augustus*: quia scil. tunc in vivis *Severus Pontifex* erat *Maximus*: sed eo defuncto *Caracallus* hunc titulum usurpavit. Interim minime dissimulandum, in (4) Lapide prope *Salisburgum* effosso, *Caracallum*, Imperatore *Severo* adhuc vivo, dici *Pontificem Maximum*: Quod in eum adulationi, quæ totam hanc Inscriptionem mire incestat, tribuendum arbitror. Contra, Nummis & Libris MSS, hocce ævo, unum tantum *Pontificem Maximum* eodem tempore, cunctis suffragiis statuentibus, potius quam monumento huic solitario, fidem habendam arbitror.

Severo *scil.* *adhuc vivo.*

Vide hac de re *Pagii* Criticam (5) Historico-Chronologicam.

Classis

(3) Tab. 54. Fig. 9. (4) Gruteri Thes. Pag. clvii, 1.
(5) Sæculi 11, Pag. 54.

Classis primæ Nummus Quartus.

GETÆ Nummus est *Croyiacus*, qui ejus *Cæsaris* habet Effigiem, placidam & juvenilem, tanquam succo pleni & εὐσάρκου. Legitur in ejus ambitu

P. SEPTIMIVS GETA CÆS.

Geta hoc Nummo, uti alias sæpissime, Prænomen *Publium*, litera P. notatum, habet; at in Thesauri Regii & Electoralis *Brandenburgici* Vol. III. (*) Doctiss. *Begero* Auctore editi, Nummus est *Getæ* (*Caracallæque*) in quo Ille ΛΟΥ ΣΕΠΤ ΓΕΤΑ i. e. *Lucius Septimius Geta* dicitur. Qui hoc eveniat, quod duplici *Geta* gaudeat Prænomine, non recte capio: Certe, si Monetarii fiat Errato, Nummorum Autoritas eo dedecus admittet.

Geta *in Nummo quodam* Lucii *prænomen habet: Q. an recte?*

Classis primæ Nummus Quintus.

EST & apud Eminentissimum Cardinalem *Norisium*, *Getæ* Numisma; in

I

(*) Acta Eruditorum Mensis Julii, A. MDCCI.

in quo Vultus acer & durus, tanquam ad exprimendum *Capitolini* [*moribus asperis Adolescentem.*] Anticæ partis Epigraphe mutilata est : : ΕΠΤ : : ΓΕΤ : : : : pro CΕΠΤΙΜΙΟC ΓΕΤΑC accipiendum. In aversa parte legimus solum

ΚΑΙCαρείας CΕβαςῆς ΙΕΡᾶς, *i. e.*
Cæsareæ Augustæ Sacræ.

C. B. in Nummi area, notant annum ducentesimum secundum. *Pan* inflat Tibiam, & Peram habet pastoralem ex trunco arboris pendentem.

Norisii *Error.*

NUMMUS, Eminentissimi sententia, repræsentat Urbis *Paneados Cæsareæ Augustæ* Natalitia, & eo cudi videtur anno (quod τῷ CΕΒ innuitur) quo primum à *Septimio* Patre *Geta* designatus fuit *Augustus.* Is, ex Eminentissimi computo, fuit A. U. C. 961, sive post N. C. 208; à quibus si detrahantur anni, Literis Arithmeticis C B in Nummo denotati, manebit A. C. 6, U. C. 759; qui, ex calculorum fide, *Paneados Cæsareæ Augustæ* fuit Natalis, non, ut tradit Eminentiss. 758.

Num-

Nummorum Classis altera, quæ Getæ *Virtutes exhibet.*

HACTENUS de iis *Getæ* Nummis, qui ejus *Vultum* apertissime ostendunt. Alii sunt apud *Camdenum*, *Speedium*, aliosque, qui *Getam* repræsentare præ se ferunt; etiamsi illi maxime dissimiles: Hos silentio præterire visum est; quis enim Vultum in Nummo tetricum, durum, hirsutum, rugosum, horridum, senilem, pro *Getæ* placido, leni, amabilique Vultu acceperit. Apage signa, quæ rei signatæ tam parum conveniant: Ad alios transeo, qui Nobilitatem, Virtutem bellicam, Religionem, Felicitatem, Fortunam, Liberalitatem, Trojam sive Lusum Equestrem, Ludos Sæculares, Victoriam, in regendis Equis Dexteritatem ejus exponunt: de quibus singulatim, & quidem maxime ex *Patino*, rei nummariæ consultissimo.

Nummorum Getæ *Classis altera.*

Classis secundæ Nummus primus.

Romani *non ex Genere Nobilitatem,*

GETÆ Nummum habent (1) *Oiselius*, (2) *Gevartius*, & (3) *Patinus*; in quo Επιγραφὴ NOBILITAS. Altera vero parte Mulier εὔμορφος, procera, Hastam humo infixam & ad perpendiculum erectam, dextera tenens, sinistra Imagunculam, tanquam ipsammet Honoris Notam. *Romani* enim Nobilitatem non ex Genere, (sic, ut Gentes aliæ complures) sed ex Majorum multitudine Imaginum æstimabant. Imagines autem Magistratu solo obtinebantur; sed nec eo omni, verum *Curuli* tantum, ut Censura, Consulatu, Prætura, sed præsertim Ædilitate. Gloriatur (4) *Cicero*, se jam Ædilem designatum, Jus & *Imagines* habere, ad memoriam posteritatemque prodendam. Imagines, unde ducta est Nobilitas, summo *Romani* studio coluerunt: in Atriis posuerunt: Festis diebus Armariis (erant illa Ligneæ Thecæ, in quibus servabantur Imagines) apertis, exornarunt: Noti sunt versus illi (5) *Juvenalis*, Stem-


Sed ex Imaginibus æstimabant.

(1) Tab. lxxi. vi. (2) Vide Tab. liv. (3) Vide Rom. Imp. Numismata, pag. 251. (4) In *Verrem* lib. v. Cap. xiv. (5) Satyra Oct. Porro hac de re videantur *Lipsius* Electorum lib. i. cap. 29. *Grævius* in *Ciceronis* locum jam laudatum; *Sigonius* de antiquo Jure Civium *Romanorum*, lib. 11. cap. xx.

Tab. IV.



Fig. 1.



2.



3.



4.



5.



6.



7.



8.




9.



10.


11.


11.


11.


11.


11.

In Honorem et Memoriam

IMP. ANTONINI. GETÆ. BRITANNICI. CÆS. AVG.

ob Aquas *placide prosilientes, hæc ejus* Numismata *ære denuo servari voluit* Aquarum Calidarum ordo.

MDCCXV.

MBurg. sculp.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt,
Pontice, *longo*
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere
vultus
Majorum, & ſtantes in curribus Æmi-
lianos,
Et Curios *jam dimidios, humeroſque*
minorem
Corvinum, & Galbam *auriculis na-*
ſoque carentem?

Claſſis Secundæ Nummus alter.

ALterum *Getæ* Nummum habet Doctiſſimus *Patinus*, in quo legitur, Getæ *Virtus bellica*

PONTIF. TR. P. II. COS. II. S. C.

Miles ſtat, tropæo dextera Coronam imponens, ſiniſtra Clypei humo inſiſtentis tenens faſtigium. *Getæ* virtutem iſta bellicam oſtendunt. Percuſſum hoc Numiſma fuit, ſub anni finem 210, cum jam Conſulatum alterum geſſiſſet *Geta*, & *Severo* patri, à *Mæatis* & *Caledoniis* pene oppreſſo, ſubſidia forte mittendo, aliaque

aliaque exercitui multum mutilato neceſſaria miniſtrando, feliciter opem tuliſſet; & quidem (ut innuunt S.C.) *Senatus Conſulto* percuſſum, quando hæc ad honorem & tutelam *Romani* nominis multum tribuerent.

Nummo celebratur. Clariſſ. *Patinus*, ut *Getæ* celebret virtutem bellicam, *Spartianum* citat, ita de eo verba facientem [*Is in* Parthico & Britannico *Bello ingenti gloria floruerat.*] At Doctiſſimi viri, magnam partem in rebus ſuis ſatis oculati, pace, in *Spartiano* nihil hujuſmodi legendum. Quod huic quam proxime accedit, ita ſe habet [*Poſt* Parthicum *Bellum Pater cum ingenti gloria floreret*, Baſſiano *participe Imperii appellato*, Geta *quoque* Cæſaris & Antonini, *ut quidam dicunt, nomen accepit.*] At æqui bonique nomine, quantum hæc à dicto jam citato diſſident? Nihilo ſecius ad rem noſtram ſatis eſſe judico, quod de Auxiliis, à *Geta Severo* miſſis, ſupra conjectavi.

Claſſis ſecundæ Nummus tertius.

TERTIUM eſt hujuſce Claſſis *Getæ* Numiſma, quod in Templo *Herculem* clavæ innitentem habet, inter duos

duos Serpentes, Caudis erectos; cum Epigrammate PONTIFEX COS. S. C. De quibus obſervare licet, primum Regiones Animalibus, quibus abundant, in Numiſmatibus ſignatis, ſæpe denotari, ut *Ægyptus* Crocodilo, *Mauritania* Caballo, *Hiſpania* Cuniculo, *Africa* nunc Leone, nunc Serpente; qui in ea non ſolum multiplex, ſed & ſtupendæ interdum magnitudinis. Dein, ut Regionibus, ſic etiam Familiis ſuos fuiſſe Θεὲς Πατρώες. *Ut & Religio.*

† *Dii Patrii, ſervate Domum, ſervate Nepotem;*
——————*Patrioſque penates.*

Et ut quævis fere Natio, notante * *Oiſelio*, ſuum habuit olim *Herculem* ἐπιχώειον; ita Regio *Tripolitana*, ita Gens *Severiana*, quæ illum utraque colebat impenſe. *Quævis fere Natio ſuum habuit* Herculem ἐπιχώειον.

Ex prædictis, ſatis perſpicua rerum hoc latere Numiſmatis apparentium ratio: Percuti vero, poſt primum *Getæ* Conſulatum, aut in eo, videtur; id eſt, anno C. 205, 6, vel 7.

Claſſis

† *Virgil. Æneid.* lib. 11. (*) Theſ. Numiſmatum Antiq. pag. 238.

Classis Secundæ Nummus quartus.

Gryphum Minervæ *sacrum, an licet opinari?*

IN quarto Classis hujusce Nummo, legimus PONTIF COS. II. S. C. *Pallas* Capite galeata, Dextera Serpentem olivæ intortum pascens, Sinistra Hastam tenens. Gryphus infra humi eodem latere, & Bubo Ægidi insistens. *Minervæ* (†) conterraneæ plurimi *Getæ* Nummi inscribuntur, nunc simplici, nunc *Sanctæ*, nunc *Victrici*; ut passim apud rei Nummariæ professores observare licet. In Nummo hoc interpretando, næ vehementer errat *Tristanus*; ceteroquin hoc studiorum genere peritissimus. Pro Minerva *Romam*, pro Noctua Cornicem intellegi vult; at irata Dea, & Figuris omnino repugnantibus. Ex hoc Numismate, Gryphum *Minervæ* adstantem exhibente, illum huic, ut *Apollini*, dicatum esse suspicor. Sed de hac re judicent eruditi.

CUSUM est hoc Numisma, anno circiter 210; cum Consulatum alterum *Geta* jam gessisset, & in regenda Australi *Britannia* Prudentiam ostendisset; cujus hoc præclarum videtur esse testimonium.

Classis

(†) *Melæ* Lib. 1. Cap. vii. Liscam xix, Editione *Exon.*

Classis Secundæ Nummus Quintus.

Numisma Getæ *Reditum*

HUJUS Nummi Epigraphe est

FORT. RED. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C.

Fortunæ Reducis Emblema fuit Mulier stolata, sedens, dextera temonem Navis, sinistra Cornu Copiæ, Fructuum omni genere plenum, tenens. Rota Sellæ adjicitur. Ita *Fortunam* hanc *Romani* in Nummis etiam *Augusti*, *Albini*, *Gordianique* expressere, & cum mutatione quadam in aliis plerisque, de quibus vide (1) *Gevartium*, & (2) *Oiselium*. Hi vero omnes sic cuduntur, ut Quietem, & Copiam, sed &, ex Fortunæ potestate in orbem universum, hæc incerta esse, significent. *Fortunæ reduci* Aram consecrari passus est *Augustus*, ut ex (3) *Dione* patet. Dicitur alias *Fortuna Felix*, *Obsequens*, & *Manens*, de qua (4) *Horatius* [*Laudo manentem*] & Imp. (2) *Commodi* Numisma.

K Veri-

(1) Tab. 10. xv. 52, xxii. 57, xxii. (2) Classe iv, Tab. liii. (3) Lib. liiii. (4) Carminum, lib. 3, Ode xxix.

ExBritanniis celebrans.

Verisimile mihi videtur, ex *Geta* II Cos. hic dicto, Numisma hocce, post *Getæ* reditum e *Britanniis*, paulo ante cædem, fuisse percussum; post Iter, qua mari qua terra, longum; quod Rota & Temo ostendunt; uti Sella, & in ea Sessio, Quietem; *Amalthea* vero Cornu Fructum, tot laboribus partum, hac Quiete capiendum.

Classis Secundæ Nummus Sextus.

Donativum militibus, propter Appellationes,

GETÆ Nummum exhibet *Patinus*, & quidem é rarioribus unum, cujus Inscriptio,

FELICITAS. SÆCVLI.

sub Typo *Severi* Imp. in loco publico sedentis, & congiarium populo largientis. Hoc ille congiarium, orbe jam subacto, & pace confirmata, dedit, adscitis, tanquam munificentiæ testibus, *Bassiano* & *Geta*, Filiis. De muliere iis adsidente, loquitur *Patinus*, quam opinatur esse *Juliam* sub *Liberalitatis* habitu: Sed in nostra illius Nummi Figura, nihil est hujus-

hujusmodi. *Caracallam*, qui *Cæsar* appellatus jam fuerat, annum decimum tertium agentem, *Participem Imperii* dixerunt milites. *Getam* quoque, minorem Filium, *Cæsarem* dixerunt. [*Harum appellationum causa* (inquit (1) *Spartianus*) *Donativum militibus largissimum dedit Imp.* Severus.] Hoc autem factum est Anno post N. C. circiter 202. *Nummo sexto exhibitum.*

REJICIENDA est τῦ FELICITAS Scriptura cum Diphthongo, sive OE, sive Æ. Τῦ FOE usus, non nisi Inscriptione (2) una alteraque comprobandus; quibus, præ Libris antiquis, Lapidibus Capitolinis, & Inscriptionum immani numero, nequaquam habenda fides. Nihilominus (3) *Suidas*, etiam à Doctiss. *Kustero* editus, (non admodum recte) habet Κλαύδιον Φοίλικα; sed ex *Aldi*, uti videtur, auctoritate, potius quam ipsius verbi Ὀρθογραφία. Contra, *Plutarchus* in *Sylla* Φῆλιξ. *Rejicienda τῦ* FELICITAS *scriptura cum Diphthongo:*

DIPHTHONGI Æ ratio longe probabilior: Nam ut *Romani* vocalem E satis longam efficerent, primum eam duplicem, ut in duobus *Syllæ* (4) Nummis FEE osten-

K 2

(1) In *Severo*. (2) *Gruteri* Inscriptiones pag. cclxxiii, 6. dclxxxiiii, 9. (3) Voce Κλαύδιος. (4) Oiselii Tab. xliii. Figg. 11, 12.

oſtentantibus, adhibuere; eandemque ob cauſam alii, adjecta vocali A, ſcripſere FÆ: Quod (3) Inſcriptione *Veronenſi* conſtat. Hoc autem infrequens, & conſuetudini alienum.

Quod Inſcriptionum & Nummorum

IN Cenotaphio *Caii Piſano* legimus FELIX. In (4) *Gruteri* Theſ. FEL. In *Reineſii* Syntagmate, (5) FELICISSIMVS, (6) FELIX. (7) INFELICI. Similiter in Nummis *Hadriani* FEL. AVG. *i. e. Felicitas Auguſti*: In *Trajani* FELICITAS SAECVLI: In *Juliæ Mammææ* FELICITAS PVBLICA, plus ſemel: In *Cl. Albini* FELICITAS: In *Antonini Pii* FELICITATI AVG. In *Gordiani* tertii SÆCVLI FELICITAS; In *Hadriani* altero FELICITATI AVGVSTI: In *Elagabali* FELICITAS TEMP. In *Septimii Severi* FELICITAS PVBLICA: In *Antonini Pii* altero FELICITAS AVG. In *Hadriani* FELICITATI AVG. In *Domitiani* FELICITATI PROVINCIARVM: In *Juliæ Mæſæ* SÆCVLI FELICITAS: In *Fauſtinæ* idem: In ejuſdem altero TEMPOR. FELICITAS: In *Antonini Pii* TEMPORVM FELICITAS: In *Alex. Severi* & *Juliæ Mammææ* FELICIT-

AS

(3) Cl. *Dauſquii* Orthographica: Voce FELIX. (4) *Gruteri* Theſ. pag. cclxxii, 1, 3, 4, 5, 7, 8. cclxxiii. 1, 2, 3, 5. & paſſim. (5) Claſſ. Sept. Inſcript. xiv. (6) Claſſ. Oct. Inſcript. xxi. (7) Inſcript. xxiii.

AS TEMPORVM: In *Constantini M.* FELICIA TEMPORA: In *Constantis* bis FEL. TEMP. REPARATIO: In *Constantii* idem: In *Constantis* altero, idem: In *Magnentii* FELICITAS REIPVBLICÆ. Quæquidem exempla, ex tribus *Oiselii* Capitibus, sumuntur omnia. Et cum Nummi ab eo recensiti, vel ex Archetypis expressi, vel ex probatissimis fide dignorum Antiquariorum operibus, ipso affirmante, selecti sunt, magnum huic argumento pondus ab iis accedit; ut à Nummorum, una cum Inscriptionum Auctoritate, probetur hujus Syllabæ cum E simplici Orthographia. *Auctoritate manifestum est.*

SÆCULUM é diverso hic cum Diphthongo Æ; sic, ut in Nummis *Oiselianis* & *Gevartianis* abunde patet: Sic etiam in Lapidibus (1) *Gruteri*, ter: In *Arelatensi*, & in *Romano*; de quibus *Sponius*, in Miscellaneis. In Valerii Probi notis est SÆC. pro *Sæculares*. *Gifanii* & *Creechii Lucretius* habet [*Sæcla Ferarum.*] N. *Heinsii Virgilius* [*Sæclorum*] & [*Sæclis.*] Κειπηκώτατος *Bentleius* Horatii Carmen [*Sæculare*] nominat. Quare, si verbum hoc, (ut Grammatici quidam volunt) à *Senex*, vel *Sequi*, trahat originem, interponi Sæculum *cum Diphthongo scribi oportere.*

(1) cccxxviii, 1.

poni vocalem *A*, ut longior reddatur Syllaba, licebit opinari: Quæ Clariſſ. (1) *J. C. Scaligeri* ſententia fuit, ducentis *Sæculum* à *Sequor*; *e* Simplicem, in *æ* Diphthongum mutando. Totam hancce rem Orthographicam, his, ut opinor, omnibus perſpectis, brevi complexus eſt excellentiſſimus (2) *Spanhemius*; [Felicitas, *ſine Diphthongo*, (ait;) *contra*, Sæculum (*non ut quibuſdam recentioribus Criticis placuit*, Seculum) Romanorum *more ſcribenda*.] Sane miratus ſum aliquando, viros utique perdoctos, eoſque non paucos, adeo Libros hac in re Lapidibus & Numiſmatibus præferre, quando Librorum MSS. fide longe majorem eſſe Horum fidem & autoritatem, luce clarius ſit meridiana.

Nummorum & Inſcriptionum auctoritas, Librorum & MSS. illa major.

Claſſis Secundæ Nummus Septimus.

Getæ Troja Nummo,

ALIUD *Getæ* Numiſma eſt, quod *Principi Juventutis* inſcriptum, exhibet *Trojam*, ſive Ludum illum Equeſtrem Puerorum, qui *Trojanus* appellatur; in quo *Geta*, cum Pueris duobus aliis

---

(1) De Cauſis L. L. Lib. 1. Cap. xxix. (2) Diſſ. 11. de præſtantia & uſu Numiſmatum Antiquorum.

aliis Patriciis eum à tergo ſequentibus, Equis quam maxime pernicibus vehuntur. Ludus hic à (1) *Virgilio* graphice deſcribitur, de quo ita concludit.

Secundum Virgilium, *ſignata*;

Hunc morem curſus, atque hæc certamina, primus
Aſcanius, *longam muris cum cingeret* Albam,
Rettulit; & priſcos docuit celebrare Latinos,
Quo Puer ipſe modo, ſecum quo Troia *pubes:*
Albani *docuere ſuos: Hinc maxima porro*
Accepit Roma, *& patrium ſervavit honorem:*
Trojaque *nunc, Pueri* Trojanum *dicitur agmen.*

Quæ ſtatuæ Bathonienſi *favet.*

GETAM Equis gaudere, (quod ante dixi) monſtrat hoc Numiſma, & Equeſtri Statuæ *Bathonienſi* favet maximopere.

Claſſis

(1) Æneid. Lib. v.

Classis Secundæ Nummus Octavus.

Nummus oct. Ludos habet sæculares, de quibus

CEREMONIAS veteres *Sept. Severus*, sic, ut vix quisquam unquam magis, servare studuit, earum cultor religiosissimus: Ideoque *Ludos Sæculares*, sæculo, & quod excurrit, jam exacto, celebravit. *Ludos* hosce septimos *Domitianus*, se xiiii & L. *Minucio Rufo* Coss. anno IↃCCCCLVII, testimonio (1) *Censorini*, fecit: Id est, Anno post N. C. secundum (2) *Pagium* 88; at secundum *Lloydium* nostrum, Episcopum *Wigorniensem*, (nam discrepant hac de re Chronologi hi longe Doctissimi) Anno (3) sequenti. Ludos Octavos (4) *Severus* exhibuit *Cilone* II & *Libone* Coss. *i. e.* Anno post N. C. 204. Horum Consulatuum intercapedo fuit annorum minimum 116, neque iis Sæcula discerni possunt ἁπλῶς, (quod tamen ab aliquibus factum) sed hosce Ludos sciendum est appellari *Sæculares*, quoniam plerumque semel fierent hominis ætate. Eorum modum enucleatissime descripsit (5) Doctiss. *Patinus*, bona cum fruge consulendus: *Domitiani*

Enucleatissime Patinus.

(1) De Die Natali, Cap. xvii. (2) Critica-Historico-Chronol. Sæculo I. pag. 79, & 80. (3) Pag. 80. (4) Criticam *Pagii* Sæculo iii. pag. 6. (5) Impp. Romanorum Numismata, pag. 119.

mitiani quinque Nummos idem edidit, quibus Sacrificium multiplex, quod in hisce Ludis fieri solebat, exhibetur. His e meis unum adiiciam, in quo *Domitianus*, in Suggestu sedens, Suffimenta mulieri cum puello dat: quod ostendit SVF. P. D. Suggestui adscriptum. Vide *Zosimum* Lib. ii. Huic Nummo similem habet *Oiselius* T. 99.

SUF. P. D. *quid in Nummis significet.*

IN Nummo hoc *Severi*, Pater inter Filios, tanquam horum testes solemnium, ara illis interposita, sacrificat: Et ut honoris hujus Filios participes esse voluit, ita in perpetuam rei memoriam, variis Numismatibus eam exprimi curavit.

Classis Secundæ Nummus Nonus.

IN alio *Victoria*, Tropæo imposita, expansis alis, coronat *Caracallum* & *Getam*, illum togatum, hunc paludatum. *Patinus* incertum esse putat, utrum *Parthicam*, an *Britannicam* Nummus hic *Victoriam* celebret: At omne tollit dubitandi locum Inscriptio VICTORIÆ AVGUSTORUM. *Geta* enim *Augustus*, non nisi post expeditionem in *Britannias*, fuit appellatus: *Victoria* vero *Parthorum* multis annis ante reportata est. Quare

Victoriam Britannicam *Nummus exhibet.*

Victoriæ in Numiſmate *Auguſtorum*, *Britannicæ* potius quam *Parthicæ* ſunt intellegendæ.

NUMMI quatuor noviſſime dicti, una cum illo *Getæ* ſub forma *Caſtoris* (de quo ſupra Pag.3.& ſeqq.) à Doctiſſ. *Patino*, conſummatiſſimo harum rerum arbitro, rariſſimi habentur.

Getæ *Nummorum Claſſis tertia.*

Claſſis Tertia. TERTIA Claſſis eſt Nummorum, quibus Urbes & Populi, *Getæ*, vel ob bonam ejus indolem, vel ab *Severo* Patre gratiam ut inirent, gratulabantur. Hi vero Cl. *Harduini* obſervato (1) ordine, ita ſe habent.

Getæ ſanitas. I. ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ: in quo Numiſmate *Teleſphorus*, (is autem *Æſculapii* ſeu Filius, ſive Nepos) ſanitatem indicans: quæ *Getæ* vera eſſe videtur.

II.

(1) In Nummis Antiquis Populorum & Urbium illuſtratis.

II. ALTER eorundem, cum *Herculis* Leonem ſuffocantis effigie: *Getam* enim *Herculi* comparabant, de quo *Hyginus*.(1) [*Leonem* Nemeæum, *quem Luna nutrierat in Antro Amphriſo, atrorum necavit: Cujus pellem pro tegumento habuit.*]

Geta Herculi *comparatus*.

III. ΑΝΚΥΡΑϹ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ cum Dei *Luni* ſtantis effigie. De hoc Deo non illepide *Spartianus*, ſive potius *Capitolinus*, in *Caracallo* [*Quoniam Dei* Luni *fecimus mentionem, ſciendum doctiſſimis quibuſque id memoriæ traditum, atque ita nunc quoque à* Carrenis *præcipue haberi, ut qui* Lunam *fæmineo nomine ac ſexu putaverit nuncupandam, is addictus mulieribus ſemper inſerviat: at vero qui marem Deum eſſe crediderit, is dominetur uxori, neque ullas muliebres patiatur inſidias. Unde quamvis* Græci, *vel* Ægyptii, *eo genere quo Fæminam hominem, etiam Lunam Deam dicant, myſtice tamen Deum dicunt*:] quem in locum vide Doctiſſimos interpretes *Caſaubonum*, & *Salmaſium*.

De Deo *Luno*.

(1) Fabul. xxx. Alium apud *Theſpienſes*, *Herculem* occidiſſe Leonem, ejuſque pellem ſibi induiſſe, refert *Apollodorus*, Lib. 1. § 10.

Nummus Ατ]αιτῶν,

IV. ATTAITΩN; qui censente *Harduino*, *Phrygiæ* populus est, & nomen à cognomine sibi Palude, videtur haurire. Sic enim *Stephanus*, Πόλις Φρυγίας ἔχουσα λίμνην Ατ]αίαν λεγομένην. Habent hæc Numismata Fluvii desidentis Iconem, cum Arundine, soli palustris indice. Ab Ατ]αίᾳ ducitur Ατ] αἴτης.

Βυζαντίων,

V. BYZANTIΩN. Epigramma est Π. CΕΠΤ. ΓΕΤΑC. K. id est, Πούπλιος Σεπτίμιος Γήτας Καῖσαρ. Ex altera parte BYZANTIΩN, &c. *Europa* Tauro vehitur, quo Typo situs, ad *Bosporum*, urbis indicatur.

Uva in Nummo Getæ quid significet.

VI. ΓΕΤΑC. AYΓ. *Geta Augustus.* BYZANTIΩN, cum Uva, vini apud eos abundantiam ostendente. *Gulosum fuisse* Getam, *cupidum Ciborum*, *&* Vini *varie Conditi*, supra traditum est à *Capitolino*. An hujus ergo, *Byzantini Getæ* Vinum honorarium misere, eoque bonam in partem accepto, Numisma hocce cusum?

Bassianus & Geta, Romulo & Remo

VII. C. J. C. A. D. D. id est, *Colonia Julia Cæsar Augusta*, *Decreto Decurionum.* In hoc Nummo Lupa *Romulum* & *Remum* lactat. Videtur respicere

Caracallum

Caracallum & *Getam*, tanquam *Romæ* Alumnos. *Significantur.*

VIII. C. L. I. COR. i. e. *Colonia Laus Julia Corinthi*: Cum Dianæ Venatricis Effigie. Tria fuere *Corinthi* hujusce Deæ Templa; ut ex *Pausania* patet: In quibus singulis *Dianæ Jaculatricis* Imago fuit. Hoc autem Typo hæc Colonia *Getæ*, qui, ἐσπουδακώς τε περὶ παλαίστραν καὶ γυμνάσια ἐλέγετο. i. e. versatus est in *Palæstra ac reliquis ingenuis exercitationibus* (quarum Venatio semper in præcipuis existimata fuit) se posse commendare, non immerito censeatur. *Exercitationum amans Geta.*

IX. ΔΑΡΔΑΝΙΩΝ. Δάρδανος secundum *Stephanum*, πόλις Τρωάδος: A *Mela* dicitur *Dardania*. Incolæ sunt Δαρδάνιοι: quorum hoc Numisma.

Dicuntur illi (2) Ἀλεκτρυόνων μάχην, i. e. Gallorum gallinaceorum pugnam, in Nummis habere; & hunc *Getæ* Nummum ita fuisse cusum, innuere videtur *Harduinus*: Cujus sententiæ favet id, quod

(1) *Herodian.* Lib. iv, Cap. iv.
(2) *Jul. Pollucis*, Lib. ix. Cap. vi. Porro hac de re vide *Ælianum* Lib. ii. Cap. xxxii. cum Notis *Schefferi*: Præcipue vero Doctiss. *Gesnerum* de Avibus, pag. 514.

Coturnicum pugna. quod ab (2) *Herodiano* traditum, de *Getæ* & *Baſſiani* Fratrum, δι' ὀρτύγων μάχας ϗ ἀλεκτρυόνων συμβολάς, exorta diſcordia. (3) Veteribus erant Ἀλεκτρυονοτρόφοι & ὀρτυγοτρόφοι, qui nempe Gallis hujuſmodi Gallinaceis & Coturnicibus ad pugnam alendis, occuparentur. Hodieque *Neapoli* aliiſque *Italiæ* urbibus, ſervari ad certamina Coturnices, uti olim Gladiatores, ex *Aldrovando* conſtat.

Getæ *ſalus Nummo oſtenditur.* X. ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ. *Getæ* Nummus, cum *Æſculapii* ſtantis effigie. Apud (4) *Plinium*, *Dioshieretarum* mentio.

Nummus Ἐλαιτῶν XI. ΕΛΑΙΤΩΝ Nummus, in quo, præter *Aurelii Antonini* nomen, ΠΟΥ. ΣΕΠΤΙΜΙΟC ΓΕΤΑC ΚΑΙC. cum Capitibus *Antonini* & *Getæ*. Eſt autem Ἐλαία Civitas *Aſiæ*, per quam *Caicus* elabitur. Ab ea dicuntur Incolæ Ἐλαῖται. Cum *Severus* in oriente multa præclare geſſit, mirandum non eſt ejuſce Filiis, quos participes honorum eſſe voluit, hoc, ut alia complura, cudi Numiſma.

XII.

(2) Lib. iii. § xxxiii. (3) Vide *Pollucem*, Lib. vii. Cap. xxx, Segment. 136; & in eum locum *Jungermanni* Notas. Ed. *Wetſten.* (4.) Lib. v. Cap. xxix.

XII. ΕΦΕCΙΩΝ. ΤΡΙC. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΚΑΙ. ΤΗC. ΑΡΤΕΜΙΔΟC.. id eſt, interpretante Cl. (1) *Harduino*, (Epheſiorum, *qui ter* Cæſarum Neocori; *iidem* Dianæ *perpetui*] ΝΕΩΚΟΡΟΙ erant, qui fanum alicui Deo, vel Auguſtorum Majeſtati erexiſſent; vel Sacra totius Provinciæ communia, pro ſalute principis ibi facerent; vel communia edi certamina curarent: idque vel Senatus Conſulto, vel gratia Principis. *Epheſii* Ludos, ſive Sacra, ſive Certamina *ter* (ut oſtendit ΤΡΙC) edebant, in honorem *Getæ* & *Caracallæ*, quorum gratia cuſum hoc Numiſma. De *Neocoris* vide Doctiſſ. *Harduinum* Nummo ΑΒΘΛΛΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (2) *De Neocoris.*

XIII. ALTER eſt Εφεσίων Nummus (cujus figuram (3) *Patinus* exhibet) cum Apri, qui *Dianæ* Venatricis Symbolum eſſe creditur, ſagitta transfixi Effigie. Geta *venator.*

XIV. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΙC. ΕΛΓ. *Getæ* Nummus, ex Cimelio Regio. (4) *Plinius* [*Helgas*, oppidum, quæ *Germanicopolis*, alio nomine *Booſcœte*,] in *Bithynia*. Booſcœtes *Nummus.*

XV.

(1) In hoc Nummo.
(2) *Knowlege of Medals*, p. 68.
(3) Inter Numiſmata *Getæ*.
(4) Lib. v. Cap. xxxii.

XV. ZΗΤΙΤΩΝ ΤΟΥ ΠΟΝ.
CΕΠΤΙΜΙΟC. ΓΕΤΑC. ΚΑΙCΑΡ.
Et in areæ Segmento,
ΕΤ ΡΜΒ.

Ζηλιτῶν *Nummus.*

In Numiſmatum antiquorum Sylloge, *Londini*, Anno MDCCVII impreſſa, Tab IV. Figura tertia eſt hujuſce *Getæ* Nummi, rari utique, & à viris literatis multum æſtimati. Facies amabilis, utpote Juvenis pulcherrimi; ſed Naſus eminentior, quam in Lapide *Bathonienſi*, vel in Nummis. Altero latere ſtat *Geta*, radiatus, in Quadriga. De Inſcriptione non convenit: (1) Alii namque ΖΗΛΙΤΩΝ, alii ΖΗΤΙΤΩΝ legunt. Illi rectius; fuit enim in Ponto *Zela*, de qua (2) *Plinius*: Nulla vero urbs *Zetis*. Literarum in Segmento ΡΜΒ rationem reddere non queo: Notant Annum CXLII. qui cum A. U. C. DCCCXLIX incidit: At *Geta*, ſæculo circiter integro poſt Natus, A. U. C. quaſi DCCCL, juxta Epochom Urbis *Zelæ*, Anno CCXLIII. *Cæſaris* dignitatem accepit. In Chronologia vitium eſt adeo manifeſtum, ut mirari ſubiit Nummum, non uno nomine vitioſum, tam in pretio eſſe.

ΗΛΙΟΥ-

(1) Acta Eruditorum Menſis Januarii, A. MDCCX. (2) Lib. vi. Cap. iii.

XVI. ΗΛΙΟΥΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Heliopolis* civitas *Ægypti*, in ejus cum *Arabia* confinio; unde nunc illi, nunc huic à Geographis attributa, & à *Stephano* duplex, ſed male, putabatur. [*Unum* (ait (1) *Plinius*) *præterea intus*, *&* Arabiæ *conterminum*, *claritatis magnæ*, Solis oppidum.] A (2) *Mela* [*Solis Urbs*] appellata eſt. Hodie *Belbeſa*, in Præfectura *Manſoura*. Multum hiſce regionibus *Severum* occupari conſtat ex *Xiphilini Dione*, *Herodiano*, & *Spartiano*: Conſtat eum, celebratis ſæcularibus Ludis, in orientem exercitum duxiſſe; (3) ubi rebus proſpere magna ex parte geſtis, (*Augaro* nimirum *Oſrhœnorum* Rege liberos obſides tradente, & *Artabano* victo) in (4) *Ægyptum* profectus eſt; cujus mirabilia perſcrutatus, & Libros, in quibus arcana continerentur, ex Adytis fere omnibus auferri jubens, *Romam* reverſus eſt, (5) *Filios jam puberes ſecum adducens*. Expeditione tam magnifica & glorioſa capti proculdubio Ἡλιοπολῖται, Numiſma hoc cuſere, in quo *Caracallæ* & *Getæ* Capita, cum Sole inter utrumque medio, dican-

Ἡλιουπολειτῶν *Nummus.*

M tur

(1) Lib. v. Cap. ix. (2) Lib. iii. Cap. 14. Lin. 32. Ed. *Exon.* (3) *Herodiani* Lib. iii. §. xxvii. (4) *Dio Xiphilini* in *Severo*. (5) *Herodian.* Lib. iii. §. xxxi.

Diversa eodem Nummo Capita pretium ejus augent.

tur Imperatori. Diversa eodem Nummo Capita, illius pretium magnopere augent: Quod Ανδρὶ ἀγνώστῳ, sed perquam erudito, (6) Auctori de re Nummaria Libelli, Gallice scripti, referimus acceptum. In *Gruteri* Thes. extat Inscriptio, cujus hoc initium, EX. IVSSV. I. O. M. HELIOPOLITANI, *&c.*

COL. HEL. *Nummus.*

XVII. COL. HEL. Alium *Getæ* Nummum, verbis obscuris COL. HEL. signatum, Coloniæ *Helviorum* attribuit *Patinus*; sed perperam: Coloniæ eum *Heliopolitanæ*, ex æquo adjudicat Doctiss. *Harduinus*.

Ηρακλείας ἐν Πόντῳ.

XVIII. ΗΡΑΚΛΕΙΑϹ ΕΝ ΠΟΝΤΩ. *Getæ* Nummus, qui *Bacchum* cum Patera, in dextra, & Uvis, (*Harduino* tradente) in læva gerit. *Heracleas* plures fuisse nemini non notum; imo quidem, inquiente *Patino*, xxiii: sed hoc [*oppidum* Heraclea Lyco *Flumini appositum*;] ut ex *Plinio* (7) patet, *Ponti* cognomen habuit à vicino mari, Ponticaque Provincia. Dicitur hodie *Penderachi*. [Mariandynorum *Urbs*, (*secundum* (8) Melam) *ab* Argivo, *ut ferunt*, Hercule *data*: Heraclea *vocitatur*.] Proxime vicini *Mariandynis*

Pausanias in Messeniacis.

(6) Pag. 47. Ed. *Anglicanæ*. (7) Lib. vi. Cap. I. (8) Lib. I. Cap. xx. Lin: 12.

andynis, ſunt *Bithyni*: [Severus *Imp.* Heraclitum *miſit ad obtinendas* Bithynias] Auctore (1) *Spartiano*. Ita enim legendum, non *Britannias*, quod Doctiſſ. *Salmaſius*, in Notis ad *Peſcenninum Nigrum*, confirmavit. De *Baccho*, & Uvis, *Getæ* gratiſſimis, ſupra diximus. *Corrigitur Spartianus.*

XIX. ΘΕΛΠΟΥϹΙΩΝ Nummos *Getæ* permultos, ita ſignatos, ſe vidiſſe tradit *Harduinus*. *Thelpuſa* (nonnunquam appellata Θάλπουσα,) Regio fuit, affirmante (2) *Plinio*, in *Arcadia*; ad Fluvium *Erymanthum*, affirmante (3) *Pauſania*; cum ejuſdem nominis Urbe. Θάλπουσα, inquit *Stephanus*, πόλις τῆς Ἀρκαδίας Ὀρχομενοῦ. A Nympha nomen accepiſſe narrant, *Ladonis* Filia. Eminuit in præcelſo tumulo, ætate *Pauſaniæ*, magna ex parte deſerta: Quandoquidem Forum, quod olim fuiſſe dicunt in ipſo Urbis Umbilico, in extremo, inquit Ille, (3) nunc receſſu eſt. *Æſculapii*, & duodecim Deorum, ibi delubrum erat; ſed ætate ſolo pæne æquatum. An Imp. *Severus*, qua fuit munificentia, Rudera hæc reſtituit, & ob eam rem Numiſmata hæc percuſſa? *Θελπουσίων Nummus,*

---

(1) In *Severo*. (2) Lib, iiii. Cap. 6. (3) In *Arcadicis*.

Θυατειρηνῶν Nummus, ejusque ratio.

XX. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΝΕΩΚ. *Thyatira*, Urbs *Lydiæ*, *Pelopia* aliquando & *Euhippa*, teste (1) *Plinio*, cognominata; *Lyco* Flumine adluitur. Una ex septem Ecclesiis *Asiæ*, in Apocalypsi memoratis. Meminit illius *Strabo*, (2) tanquam *Macedonum* Coloniæ, quam ultimam *Mysorum* esse volunt nonnulli. Hodie *Turcis*, *Akhissar*. Equos illam aluisse generosos, ex nomine *Euhippa* constat: Ideoque *Getæ* nostro, Equorum amantissimo, forsitan acceptior. Habet hoc Numisma vas, apud *Tristanum*; ex quo Palmæ binæ exsurgunt. Palma Victoriæ in certaminibus signum; hic, uti videtur, est Equestris, hujus Civitatis Equo, à *Geta* adeptæ.

Ιλιέων Σκάμανδρος.

XXI. ΙΛΙΕΩΝ. CΚΑΜΑΝΔΡΟC. *Getæ* hoc Numisma vidit Doctiss. *Harduinus*. *Scamander*, vel *Scamandros*, Fluvius *Troados* in *Hellesponticum* mare ex *Ida* profluens, *Xanthus* olim appellatus est.

Ὃν Ξάνθον καλέουσι Θεοὶ, Ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

ubi Diis nomen vetustum, hominibus recens *Homerus*,

(1) Lib. v. Cap. 39. (2) *Strabo* Lib. xiii,

Homerus, ſuo more, aſſignat. Ἴλιον habet τὸ ἐθνικὸν Ἰλιεὺς.

XXII. ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Erant illi *Bithyniæ* Populus. [*Juliopolitæ* in *Bithynia*] (1) *Plinius*. Ex pluribus hujuſce Populi Numiſmatibus unum eſt *Getæ*, cum Dei *Luni* Effigie. De Epicœno hocce Deo vide ſupra Pag. 75. Plurima vero avide expectamus à viro Doctiſſ. *Gisb. Cupero*, cujus ſub manibus (qui antiquorum Theologiam optime poteſt explicare) Diſſertatio eſt, cum publico nondum communicata. *Juliopolis* (2) a *Cleone* condita, & denominata eſt: Is primum ab *Antonii* partibus; deinde *Cæſaris* ſtetit; à quo factum eſt, ut ex Latrone *Cleo* Reguli ſpeciem indueret: Deinde Sacerdotium accepit, & Gula periit: Eſu nempe, contra fas piumque, ſupra modum Carnis ſuillæ. Ἰελιοπολιτῶν.

XXIII. ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Nummi ſunt *Getæ* cum effigie *Apollinis* & Arbore Lauri, & Ara. *Harduinus*. *Calchedon* oppidum *Aſiæ*, ex adverſo *Byzantii*. *Turcis* hodie *Kadikioi*, non procul à *Scutari*. Vide Figuram in *Patino*. Καλχαδονίων.

XXIV.

(1) Lib. v. § xl. (2) *Strabo*, Lib. vii.

Κλαζομένων.

XXIV. ΚΛΑΖΟΜ. Hunc *Getæ* Nummum, majori forma, é Cimelio Regio, profert *Hardniuus*. *Joniæ* Urbs *Clazomenæ*, hodie *Kelisman* appellata, (priori nomine non multum mutato) ad sinum *Smyrnæum* est, in Isthmo pæne Insulæ. De Nummi ratione nihil habeo dicere.

Κλεωναίων.

XXV. ΚΛΕΩΝΑΙΩΝ. Nummus habet *Palladis* effigiem. Duo eodem nomine hujus Populi fuere Oppida, alterum ad montem *Athon* in *Macedonia*, de quo (1) *Mela*, & ad eum Tabula, in Editione *Exoniensi* accuratissima, No. 28. alterum in *Achaia*, medium inter *Corinthum* & *Argos*; de quo (2) *Strabo* τετειχισμένας καλῶς, & μοι δοκεῖ ἐκτισμένας Κλεώνας, i. e. *pulchre muris ornatos*, & *Cleonas bene conditas esse*: At de iis (3) *Pausanias* Πόλις ἐστιν οὐ μεγάλη. *Urbs est non utique magna*, post tot sæcula forsan ætate ruinosa. Vide *Cellarii* Notitiam Orbis Antiqui, Tab. 20. Nihilominus hosce *Cleonæos*, novissime dictos, hoc Nummo significari, non est improbabile, quoniam (ut *Pausanias* inquit) ἐνταυθά ἐστιν ἱερὸν Ἀθηνᾶς. *Ibi fuit Ædes* Minervæ, cujus in hoc Nummo effigies.

ΚΟΡ-

(1) Lib. ii. Cap. ii. (2) Lib. 8. (3) In *Achaicis*.

ΚΟΡΚΥΡΑΙΟΙ uti *Severo* Imperat. & *Caracallæ*, ſic etiam *Getæ* Nummos obtulere: quorum duo apud *Patinum*. Κορκυραίων.

XXVI. ΚΥΠΑΡΙϹϹΑΙΩΝ. Urbs eſt *Meſſeniæ*, in ſui nominis Sinu *Cypariſſio*; & quidem, affirmante (1) *Plinio*, LXXII. millium paſſuum circuitu. Ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἐν Κυπαρισσίαις ἱερὸν, καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Κυπαρισσίας, i. e. *Extat ad* Cypariſſias, Apollinis Templum, & Minervæ *cognomento* Cypariſſiæ. Κυπαρισσάιων.

XXVII. ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ, i. e. *Commune* (ſcil. Urbium) *Cypriorum*. Plures iſtiuſmodi ſunt Nummi. Ita Κοινὸν Μακεδόνων, Κρητῶν, Λεσβίων κοινόν. Cum decreto communitatis ederentur certamina, horum memoria, voce Κοινὸν impreſſa Nummo, ſervata eſt. Κοινὸν Κυπρίων.

XXVIII. SEP. COL. LAVD. METRO. Quæ verba ſunt in Nummi corona laurea, & denotant *Septimia Colonia Laudiceæ Metropolis*, *Septimii Getæ* in honorem percuſſi. Alium *Getæ* Nummum exhibet *Patinus*, cum Epigraphe LAODICEON. *Sep Col. Laud. Metro.*

(1) Lib. iv. Cap. v.

CEON. Et Charačteres in eo notat partim Latinos, partim Græcos.

Λεβεδίων *Nummus,*

XXIX. ΛΕΒΕΔΙΩΝ. In *Jonia* Nummus. Apud quos Certamina, in honorem *Bacchi*, quotannis celebrabantur. Quam *Getæ* conveniens ſit hoc Numiſma, ſupra de eo Vini cupido, notavimus.

Μηθυμναίων.

XXX. ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ. Nummus *Getæ* Fortunam habens, cum Temone & Copiæ cornu. Μήθυμνα πόλις ἐν Λέσβῳ, ὁ πολίτης Μηθυμναῖος. i. e. *Methymna Urbs in Lesbo Inſ. Civis Methymnæus.* Stephanus Byzantinus. *Propertius* (1)

——*Methymnæi grata Saliva meri.*

Ubi *Broukhuſius*, *Cantabrigienſes*, & Poetarum Corpus *Londinenſe* legunt *Graia.* Prior Lečtio probabilior, quacum concordat (2) illud *Hon.Servii* [Lesbos *Inſ. cujus Civitas* Methymna *Vinum habet pretioſiſſimum.*] Niſi ex *Scaligeri* ſententia, Vinum intellegatur à (3) *Celſo* dičtum, *Salſum Græcum.*

XXXI. ΜΥΛΑ-

(1) Lib. iv. Eleg. viii. (2) Ad *Virgilii* Verſum 90, Georg. ii. Lib. (3) Lib. iii. Cap. vi. Vina fere omnia ſale *Græci* condiebant. *Athenæus* Lib. 1. Pag. 32. *Cato* de R. R. § xxv. *Plautus* Rud. Ačt. ii, Sc. ult. *Plinius* lib. xiv. Cap. viii. *Columella* Lib. xii. Cap. xxv. *Palladius* Lib. xi. Tit. xiiii.

XXXI. MYΛΑCEΩN cum Effigie Templi; apud *Sponium* in Itin. *Athen.* Μυλασέων.

XXXII. NAΞIΩN. Nummus in quo *Fortuna* ſculpta eſt. *Naxos* una *Cycladum*, quæ *Liberum* coluit, affirmante (1) *Lactantio.* Erant & in *Sicilia* ΝΑξίοι, ſed priorum hunc fuiſſe Nummum contendit *Harduinus.* Ναξίων.

XXXIII. KOINON. NEOKAIC. MHTP. ET. PMB. Κοινὸν Νεωκαισαρέων Μητροπόλεως, i. e. *Commune Neocæſarienſium Metropolis.* Anno CXLII. *Neocæſaream*, Urbem *Cappadociæ*, *Lycus* præfluit, ut *Plinius* (2) inquit. Literæ Numerales PMB. annum Libertatis, à *Veſpaſiano* ei conceſſæ, videntur ſignificare. Νεοκαισαρέων.

XXXIV NIKAIEΩN. Erat horum *Nicæa*, Urbs primaria *Bithyniæ*, à Mari ſemota, Concilio primo generali notiſſima; ab altera, ejus nominis Civitate, quæ (ſecundum (2) *Plinium*) oræ fuit propior, diverſa. Nummi hujuſce Populi duo fuerunt *Getæ* inſcripti, quorum alter Νικαιέων.

N *Hercu-*

(1) De Falſa Religione, Lib. I. § XV. (2) Lib. V. Cap. XXXII.

Herculem, alter *Palladem* armatam habet: Hujus figuram videre licet in *Patino*. De octo *Nicæis* Urbibus vide *Stephanum Byzantinum*.

XXXV. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ. ΠΡΟϹ. ΙϹΤΡΟΝ,
ET
XXXVI. ΟΥΛΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩϹ. ΠΡΟϹ. ΜΕϹΤΩ. Nomen habet hæc Civitas ab *Ulpio Trajano*: Sita est ad *Mestum* amnem, in Thracia. Vide Doctiss. *Harduinum* in Notis ad *Plinii* Lib. iv. N. liv.

Νικοπόλεως.

XXXVII. ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ. Erant Illi *Thraciæ* Populus, cujus tres Nummi sunt: In eorum uno *Mercurius* insidet Arieti; in altero Calathus Fructuum est; in tertio Uva: Quæ quidem omnia *Getæ* nostro satis conveniunt. Vide secundi figuram in *Patino*.

Παυ]αλιωτῶν.

XXXVIII. ΠΕΡΓΑΙΩΝ. Πέργη, πόλις Παμφυλίας. τὸ ἐθνικὸν, Περγαῖ@. Ita *Stephanus*. Erat ibi *Fanum antiquissimum & sanctissimum*, (Cicero in (1) Verrem) quod *Dianæ* fuisse (2) *Strabo* affirmat. Hinc *Diana* (3) *Pergæa*; hinc Apollonius, *Pergæus*. XXXIX.

Περγαίων.

(1) Lib. i. § xx.-------Lib. iv. § xxxii. (2) Lib. xiv. (3) *Melæ* Lib. i. Cap. xiv.

XXXIX. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. (4) *Herodianus* & (5) *Dio Xiphilini* refert, *Severum* Imp. capto *Byzantio*, Regionem omnem, quæ ejus ſub Ditione fuit, *Perinthiis* conceſſiſſe, ipſamque adeo Urbem iis ſubjeciſſe. Πεϱινθίων.

XL. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Perinthii* Ludos Philadelphenſes, in *Getæ* & *Caracallæ* gratiam edidere.

XLI. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Getæ* Nummus in quo vas ſcalptum, malis refertum.

XLII. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ludi hoc Nummo ſignificati, à Fratrum Concordia, non tam perfecta, quam optata, nomen accepere.

XLIII. ΠΕΤΡΑ. ΜΕΤ. *Getæ* hoc Numiſma ab *Harduino* omiſſum, cum publico communicavit Auctor Numiſmatum Antiquorum Sylloges, Anno MDCCVIII, *Londini* editæ. *Petra Nabatæorum* Metropolis, Πέτϱα.

(4) Lib. iii. § xix. (5) In *Severo*, xxi.

tropolis, unde ea pars *Arabiæ Petræa* nuncupatur: Vicit autem *Arabiam Severus*, unde dictus est *Arabicus*.

Πρυσαέων. XLIV. ΠΡΟΥΣΑΕΩΝ. *Prusa* sub *Olympo* Urbs in *Bithynia*, ab *Hannibale* condita; secundum (1) *Plinium*: Sed rectius, secundum *Harduinum*, opinemur, dum à patria profugum hospitio *Bithyniæ* Rex *Prusias* exciperet, eum condendæ urbis operibus præfuisse: (2) *Strabo* enim affirmat *Prusiam* hanc urbem condidisse. In ea claruit *Asclepiades*, ut ex *Reinesii* patet Inscriptione, Classe xi. § iv. ubi de variis eo nomine Medicis doctissime ab Auctore πολυμαθεστάτῳ lucubratum. (3)

Πρυμνησσέων. XLV. ΠΡΥΜΝΗΣΣΕΩΝ. Πρυμνησία πόλις Καρίας.------τὸ ἐθνικὸν, Πρυμνησίδης. Ita *Stephanus*.

Ptolemais. XLVI. PTOLEMAIS. COL. PTOL. M. Quatuor hujusce nominis Civitates sunt; quarum hæc *Cyrenaica* nomen à *Ptolæmæo* conditore accipit. Vide hujus Nummi figuram inter *Romanorum* Impp. Numismata à *Patino* edita.

XLVII.

---

(1) Lib. v. Cap. xxxii. (2) Lib. xii. § 564. (3) Vide Clariss. *Salmasii Plinianas* Exercitationes, Cap. xliii.

XLVII. CAMIΩN. *Occo Getæ* & *Caracallæ* Nummum exhibet, in cujus Epigraphe ſunt NEOI HΛIOI. i. e. *Novi Soles.* Sic eam legit *Harduinus*, & *novi anni initio* eum cudi opinatur. Niſi ſimplicius, uti *Novus Bacchus Caracalla, Nova Venus Julia, Nova Ceres Sabina* paſſim appellatur, ita in hoc Nummo *Novi Soles.* Cαμίων.

XLVIII. OΥΛΠΙΑC. CEPΔIKHC. *Sardicam* eſſe vult *Harduinus*, Urbem *Thraciæ*, ab *Ulpio Trajano* cognominatam. Lectioni huic, (1) *Gruteri* favet Inſcriptio, in qua DIOGENES ------ NAT. THRAX. CIVITATE SERDICA, & (2) *Ammiani Marcellini* [*Nobilis Serdica.*] in quorum utroque locum habet [*e*]. *Triptolemi* Effigies eſt in Nummo, qui binis Draconibus in Curru trahitur. CEPΔIKHC.

XLVIIII. ΣΙΔΗΤΩΝ. *Sida Pamphyliæ* Metropolis, à (3) *Strabone* Σίδη dicta, nunc *Scandalor.* Ὁ πολίτης, Σιδήτης. *Stephanus.* Σιδητῶν.

L. ΣΙΚΥΟΝΙΩΝ. Populi *Achaiæ*, *Corin-* Σικυονίων.

(1) Pag. 540. No. 2. (2) Lib. xxi. Cap. x. (3) Lib. xiiii. § 664.

Corinthiis vicini; cui, *Corintho* deleta à *Mummio*, ludorum Isthmicorum cura (1) commissa fuit. Oleo abundavit *Sicyonia*, & Marmoris & Metallorum officinis. Horum forte aliquo *Getæ* se commendare visa est. In Nummo, *Salutis* collo Serpens involvitur; dextera tenentis Pateram: Quod in eo Symbolum videtur respicere Oleum magni usus in re culinaria; quando veteres, sic, ut nos Butyro, cibos fere omnes (2) Oleo coxerint: Unde malis de Cocis [*Operam & Oleum perdere*] Adagium.

Sinope. LI. C. I. F. SINOPES. AN. *Colonia Julia Felix Sinope*, est illa *Chalybum* Urbs, Cynici *Diogenis* patria. Coloniam eo deduxit Imp. *Severus*, ut tradit (3) *Ulpianus*. AN conatur annum exprimere, sed desunt Literæ numerales. Vide hunc Nummum in *Patino*.

Σμυρναίων. LII. CMΥPNAIΩN. ΠPΩTΩN. Γ. NEΩKOPΩN. TΩN. CEBACTΩN. Sunt hi Augusti *Geta* & *Caracalla*, quorum in gratiam Ludos jam tertium edidere, & sacra fecere *Smyrnæi*.

LIII.

(1) Vide *Pausaniam* in *Corinthiacis* (2) *Is. Casauboni* Animadversiones, in *Athenæi* Lib. x. Cap. xiiii, (3) D. de Censibus, Tit. xv.

LIII. Eſt & *Getæ* Numiſma, cujus Figuram videre licet in *Patino*, cum Inſcriptione ſat difficili explicatu. In medio *Bos* eſt; ſupra STA; infra BOV. Duo hic Oppida ſignificari vult *Harduinus*, *Stabias* & *Bovillas*: Hoc in *Latio* Mediterraneum, in *Via Appia*, decimo circiter à *Româ* Lapide; (de quo vide *Cluverii Italiam Antiquam*, Lib. iii.) Illud in *Campania*, non procul à mari, Sinu nimirum ejus medio. [*In* Campano *autem* Agro, *ait* (1) Plinius, Stabiæ *oppidum fuere, uſque ad* Cn. Pompeium *&* L. Catonem *Conſules, pridie Calend. Maii, quo die* L. Sylla *Legatus* Bello ſociali *id delevit, quod nunc in villam abiit*;] *Surrentum* inter & *Pompeios*. Dicitur hodie *Caſtel à mar di Stabia*, & Epiſcopali Dignitate inſignitur; quas tamen *Novas Stabias* Vir Doctiſſ. *Nic. Lloydius* non procul à veteribus fuiſſe conditas, neſcio quo auctore, (2) affirmat. (Vide *Cluverii Italiam, Antiquam*, Lib. iiii. & ad eum *Campaniæ* Tabulam) Vicinum Litus *Stabianum* à (3) *Seneca* dictum eſt, & de eo (4) *Silius*, *Stabiarum & Bovillarum.*

Lætaq; complebant Stabiarum *Litora plebes.*

De

(1) Lib. iii. Cap. v. (2) Dictionario Geogr. voce *Stabiæ*. (4) Lib. xiiii.

De vocis Orthographia non convenit: *(6) Galenus* nullum habet in initio Sigma, ſed Ταβίαις, Ταβίας, Ταβίαι, idque pluriſariam: Sic, ut ejus Interpres, ut & *(7)* Epitomator *Lacuna* : *(8) Suidas* etiam habet Τάβεια, Ὄνομα πόλεως, i. e. Tabia, *Nomen Urbis* ; ſed an hujuſce, non certo ſcio. Contra, ſunt qui primo τῆ Σταβίαις, τὰς Σταβίας, ſcribi contendunt, & à Librariis Sigma demum omitti, ſicque in alios Caſus Erratum irrepſiſſe. Hiſce favet, quod in utroque *Plinio*, quod in *Ovidio*, quod in *Silio*, *Columella*, *Symmacho*, *Tabula Peutingeriana*, & paſſim alibi Sigma retineatur; adeoque in *Everh. Vorſtii Galeno* (de quo *(9) Cluverius*) cum Mſſ. *Romæ* & *Venetiis* comparato, Sigma in marginibus ſcribatur. A Voce ad Typi rationem tranſeo: Celebre olim fuit in Medicina *Lac Stabianum*, idque *Galeno* teſte. Uſus eſt quidam Ulceribus ſcatens (ait *(6)* ille) ad *Tabias* Lacte θαυμαστὴν γὰρ δύναμιν ὄντως ἔχοντι καὶ οὐ μάτην ἐπῃνημένῳ i. e. *quod & mirificam plane vim habet, nec ſine cauſa prædicatur.* Lactis hanc excellentiam ille derivat à Loco ſatis edito, ab Aere ſicco, à Paſcuo pecoribus ſalubri, & Mari vicino. *(10) Symmachus*

(6) De Methodo Med. Lib. v, (7) *And. Lacuna*, Pag. 867. (8) Voce Ταβεία. (9) Italiæ Antiq. Lib. iiii. (10) Lib. vi. Ep. xvii.

machus Filios Juvenes, imperante Medico, ad *Stabias* miſit, [*ut reliquias longæ ægritudinis armentali Lacte depellant.*] *Stabias* & *Surrentum* mons interjacet à *Procopio* (1) dictus τὸ Γάλακτος ὄρος, i. e. *Lactis Mons*; à (2) *Caſſiodoro* [*Mons Lactarius.*] Proculdubio à Lactis in eo bonitate. Ut autem hæc à boni ſucci Herbis magna ex parte oritur, ita é contrariis (ut puta Helleboro, Mercuriali, & iſtiuſmodi aliis) ſecundum (3) *Dioſcoridem*, γάλα, quale in *Veſtinis*, ἀνατρεπτικὸν στομάχου, καὶ ναυτίας ποιητικὸν γίνεται, i. e. *Lac evertendi Stomachi vim habens, atque nauſeoſum*: Adeo nempe verum eſt, *Quale Paſcuum, tale Lac*. Pecora, quæ in Colle ad *Stabias* paſcebantur, Boves eſſe, tradit (4) *Galenus*. In Nummo hoc unius eſt Imago, ut Gregem repræſentet: Veterum more, qui id, quod proprium vel pretioſius habebant, (ut Equum *Carthaginienſes*, Uvam *Perinthii*, Pruna *Damaſceni*, Cuniculos *Hiſpani*) Nummis ſuis inſculpere ſolebant.

Lac Stabianum *medetur Ulceribus*

LIIII. CΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ. *Stratonicea*, Urbs *Macedoniæ*; ab *Adriano* inſtaurata fuit, & dicta *Adrianopolis*. Vide Nummi

Nummus Cτρατονικέων.

O

(1) Rerum *Gothic.* Lib. iv. Ubi de hoc lacte fuſius. (2) Variar Lib. xi. Ep. x. (3) Lib. ii. Cap. lxxv. (4) Loco jam nunc laudato.

mi hujus figuram, inter Numismata *Getæ*, à *Patino*, cum aliis aliorum Impp. edita. Habet *Cererem*, quæ faces ambabus manibus tenet, (iis *Proserpinam* quæsiisse dicitur) & Draconum biga curru vehitur.

Tomensium. Est & *Tomensium* Nummus, quem exhibet *Patinus*, hic interponendus; *Getæ* in eo Victoriæ & Gloriæ tribuunt honores, dum Aquilam Aræ impositam, inter duo signa militaria, signatam habent.

Οὐλπίας Τοπίρου. LV. ΟΥΛΠΙΑC. ΤΟΠΕΙΡΟΥ. Et in alio *Getæ* Nummo ΤΟΠΙΡΟΥ. Quæ *Thraciæ* Urbs ab *Ulpio Trajano* cognomen habet. Tres ab hac Urbe Nummos, *Getæ* inscriptos, recenset *Lucas* (1) *Holstenius* in *Stephanum Byzantinum*.

Τραλλιανῶν. LVI. ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. ΤΩΝ. CEBACTΩN. i. e. *Getæ* & *Caracallæ*, Fratrum Augustorum. Ludos in honorem *Caracallæ Trallianos* edidisse, & eorum *Neocoros* (i. e. Auctores, Curatoresque) percusso hoc Numismate se profiteri, suggerit *Harduinus*: Quo certe posito, (nisi statuerimus, illud post *Getæ* in *Britannias* Iter, cum primum Augusti nomen

(1) Pag. 325. Editione Lugd. Bat. MDCLXXXIIII.

nomen accepit, fuiſſe cuſum) *Geta* adulatione *Trallianorum* Auguſtus appellatur.

Septimia Tyrus.

LVII. SEPT. TYRVS. MET. COLONIA, i. e. *Septimia Tyrus Metropolis Colonia*, ſic à *Septimio* Auguſto, cujus Filiorum hic Nummus, appellata.

Nummus Ὑπαιπηνῶν.

LVIII. ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. Nummus *Getæ*, cum *Æſculapii* ſtantis effigie. *Stephanus.* Ὕπαιπα, πόλις Λυδίας----τὸ ἐθνικὸν, Ὑπαιπηνός. *Ovid.* de *Arachne*,

Orta domo parva, parvis habitabat
Hypæpis.

Φιαλέων.

LIX. ΦΙΑΛΕΩΝ. Nummi *Arcadiæ* populi, in *Severi* & *Getæ* honorem percuſſi, cum Icone *Æſculapii*.

Φιλομηλέων.

LX. ΦΙΛΟΜΗΛ. *Phliomelienſes Phrygiæ* magnæ adjudicant *Ptolemæus* & *Stephanus*.

Κρητιέων. Αγχιαλέων. Απολλωνιατᾶν. Ανθειέων.

LXI. ΚΡΗΤΙΕΩΝ. ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. *Flaviopolis* Urbs *Bithyniæ*.

HIS adde ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ Nummum apud *Patinum*, ut & ΑΠΟΛΛ, i. e. Απολλωνιατᾶν, quo in Nummo *Geta* Auguſtus appellatur: ΑΝΘΕΙΕΩΝ apud

Ligorium Numiſma, in quo *Cybeles* & *Attæ* effigies: Quibus de Numinibus *Pauſanias* in *Achaicis* : De oppido *Stephanus*, Ἄνθεια, πόλις Πελοποννήσε. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΕΠΙ. ΤΙΤ. ΑΙΛ. ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΝΟΥ. *Sub Tito Ælio Capitolino* : Quo in Nummo *Caracalla* & *Geta* Dextras jungunt.

Βυζαντίων.

ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ. Nummus in quo Canis inſculptus : [*Propter Bella* Colophonii *Cohortes Canum habuere. Hæ primæ dimicabant in acie, nunquam detrectantes : Hæc erant fideliſſima Auxilia, nec ſtipendiorum indiga.*] *Plinius*, Lib. viii, § lxi. quem in locum vide *Harduinum*. Secundum *Plinium* (1) *Solinus* [Colophonii *Canibus in bella productis primas acies inſtruebant.*]

Κολοφωνίων, *qui Canes ad Bella inſtruebant.*

AT ex *Antonini Getæ* Numiſmatibus, quæ ad *Britannias* ſpectant, vix ullum eo præclarius, quod apud *Goltzium* exſtans, hanc habet ἐπιγραφὴν.

COL. DIVANA. LEG. XX. VICTRIX.

Getæ *Nummus*,

Eo oſtenditur *Devam*, quæ multis ante annis, ſub *Agricola* Legionem viceſimam accepit, (quæ diu ibi morata eſt, &, ut contra

(1) Cap. xv.

contra *Ordovicum* Incursiones se defenderet, urbem munivit) à *Geta*, rebus in australi *Britannia* præsidenti, *Coloniæ* nomine insigniri. Plurimi enim erant in exercitu *Romano* veterani, plurimi post conflictus in *Caledonia* gravissimos vulnerati mutilique, qui in *Deva* urbe coeuntes, privilegiis & honoribus aucti, *Colonia* fiebant; idque (sentiente, non sine summa probabilitate, Cl. *Leigho*) A. C. 211. i. e. paulo ante *Getæ* è *Britannia* recessum. Devam *esse* Coloniam *ostendens.*

ITA *Getæ Britannici* Nummos, quot se nobis obtulere, percurrimus omnes; quos etiamsi genuinos esse omnes non ausim affirmare, tamen nobis sufficere videtur, quod de contrario non liqueat: De illis notatu necessarium est, non eos omnes unius *Getæ* gratia fuisse cusos; imo forsan ex eorum numero perpaucos; sed Imperatoris *Severi* ergo maximam eorum partem; cujus etiam gratia *Juliæ Domnæ* & *Bassiano* multi fuere, à Populis & Imperii *Romani* Urbibus, inscripti. Ut hujusce rei ratio clarior appareat observatu dignum est, Primo, quod *Sept. Severus* ita fuit à Natura factus, ut ad summum humanæ Dignitatis fastigium, ipsumque Honoris Culmen adtingendum, aptus & quasi designatus Getæ *Nummorum magna pars Inscripta, Severi ergo.*

designatus esse videretur. Fuit enim (1) *acutissimo & excellentissimo Vir ingenio*; (2) *promptus excogitandis, acer exequendis rebus*; *simulator & dissimulator egregius*; Ανὴρ πολύτροπος, (3) *nihil non astu, & arte tractans*; (4) *Gloriæ porro appetens*, & ambitiosus; *Studiosus bonarum Artium*, itemque (5) *Literarum*; (6) *avidus pecuniæ, sed in sumptu parcissimus*, unde magnas adeptus est divitias, itaque præpotens evasit: (7) *Nominis sui neglegens*, contumelias sprevit, sic, ut a nullo facinore deterreretur; (7) *Gratus interim erga amicos, inimicis gravissimus*: Adhæc *fortis*, & (8) *Virtute bellica præcellens.*

Qualis ille,

DEINDE,

(1) Τὴν δὲ δὴ ψυχὴν δριμύτατος καὶ ἐρρωμενέστατος. *Xiphilin.* in *Severo.*

(2) Σεβῆρος ἀνὴρ, ἐς δὲ τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν γενναῖος, νοῆσαι τε ὀξὺς, καὶ τὸ νοηθὲν ἀποτελέσαι ταχὺς. *Herodian.* Lib. ii. § xxxiii.

(3) Ανὴρ πολύτροπός τις, καὶ μετὰ τέχνης εἰδὼς προσφέρεσθαι πράγμασιν, ὑποκρίνασθαι τε καὶ προσποιήσασθαι, πᾶν ὁποῦν ἱκανώτατός ἐστιν ἀνύσαι. *Herodian.* Lih. ii. § xlvii.

(4) Φιλόδοξος ἄλλως ὑπάρχων. Lib. iii. § xlvi.

(5) *Eutropius*, Lib. viii. § xix.

(6) χρηματιστὴς ἐξ ἅπαντος τρόπου. *Xiphilin.* in Severo. Οὐδεὶς γοῦν βασιλέων οὕτω χρημάτων ἠτλήθη. *Herodian.* Lib. iii. § xxvi.

(7) Φίλοις οὐκ ἀμνήμων, ἐχθροῖς βαρύτατος, ἀμελὴς τῶν περὶ αὐτοῦ λογοποιουμένων. *Xiphilin.* in *Severe.*

(8) *A. Victor* de *Severo.* *Herodiani*, Lib. iii. § xlix.

DEINDE, quod à natura ſic inſtructus, etiamſi loco humili natus, ſe *Marco Antonino* commendavit, occiſiſque competitoribus Purpuram uſurpavit. Deinde, quod Imperium, tam in oriente, quam occidente & aquilone dilatavit; plurimas Civitates privilegiis auxit; ædificiis ornavit; munitionibus firmavit: Unde eas, Imperatori valde obſtrictas, multum illi debere, grates perſolvere, & honores quos potuerint maximos decernere, in promptu eſt opinari. *Quantuſque Vir.*

HISCE de cauſis, nempe quia *Severus* Imperatorum omnium maximus & clariſſimus, *Imperii* (9) *Fundator*, quique (ipſo teſte) (10) *omnia fuit*, & Urbes & Populos paſſim tot tantiſque beneficiis ſibi devinxit, in eorum memoriam & illius honorem tot ab iis Numiſmata cuduntur, quorum exſtant hodie *Severo* Octoginta, *Juliæ Domnæ* Sexaginta, *Getæ* Numerus æqualis; id eſt, ſumma ducentena; cui ſi *Caracallæ* addas centum & viginti; *Plautillæ*, ejus Uxoris, ſeptem; erit ſumma Nummorum Domus *Severianæ*, (11) inſtar *Quot Domus Severianæ Numiſmata.*

(9) *Gruteri* Inſcript. Pag. 56. N. 5. 6.
(10) *Spartianus* in *Severo*.
(11) Vide Nummorum Catalogum apud *Harduinum*, ipſo Libri fine.

instar CCC; quam utiq; Domus *Veſpaſianea* gloriari non valet, & ſex Imperatores, ex *Auguſti* familia, non multum exſuperant. [*Ut* Severum *viciſſe fama divulgavit, repens confeſtim in iis locis ſeditio, diſcordiaque urbes invaſit. Non tam quidem ipſorum Imperatorum odio aliquo aut ſtudio, quam æmulatione quadam, & contentione, invidiaque inter ejuſdem gentis homines funeſtiſſima.----Ea vero labes æmulationis atque invidiæ florentibus etiamnum ætatis noſtræ Civitatibus incubuit.*] Ita de *Severo* ejus σύγχρονος (12) *Herodianus.*

Plura quam Veſpaſianeæ: *Quæque* Cæſareæ *non multum excedunt.*

C A P.

---

(12) Vide Lib. iii. § vi. Ὡς δὲ διέδραμε φήμη τῆς Σεβήρου νίκης, εὐθὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις στάσις καὶ διάφορος γνώμη ἐνέπεσε ταῖς πόλεσιν, οὐχ οὕτω τῇ πρὸς τοὺς πολεμοῦντας βασιλέας ἀπεχθείᾳ τινὶ, ἢ εὐνοίᾳ, ὡς ζήλῳ καὶ ἔριδι τῇ πρὸς ἀλλήλας, φθόνῳ τε καὶ καθαιρέσει τῶν ὁμοφύλων. ἀρχαῖον τοῦτο πάθος Ἑλλήνων, οἳ πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντες ἀεὶ καὶ τοὺς ὑπερέχειν δοκοῦντας καθαιρεῖν θέλοντες ἐτρύχωσαν τὴν Ἑλλάδα. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνων γηράσαντα, καὶ παρ' ἀλλήλοις συντριβέντα, Μακεδόσιν εὐάλωτα, καὶ Ῥωμαίοις δοῦλα γεγένηται. τὸ δὲ πάθος τοῦτο τοῦ ζήλου καὶ φθόνου μετῆλθεν εἰς τὰς καθ' ἡμᾶς ἀκμαζούσας πόλεις.

CAP. V.

De Reliquis ad GETAM *spectantibus.*

CÆCILIÆ rescriptum est ab Impp. *Severo* & *Antonino* A. A. *Eboraci* datum [*De mancipiis bona vel mala fide possessis.*] ut in (1) Codice legitur hodieque; qui præterea *Faustino* & *Rufo* Coss. i. e. Anno 211. id fieri contendit. At (2) Emin. *Norisius* & Doctiss. *Ant.* (3) *Pagi* hoc anno *Gentianum* & *Bassum*, sicut etiam (4) *Cassiodorus*, Consules fuisse volunt; Anno 210 *Faustinum*, & *Rufinum*, sive *Rufinianum*.

Severi & Antonini *A. A.* Eboraco, Cæciliæ *rescriptum*, *A. D.* 211.

TAMETSI de Chronologia lis sit, inter omnes constat, *Getam*, cujus nomen in Lege hac ferenda minime profertur, hisce Annis, scil. 210 & 211, appellari *Augustum*: Unde vero sit, quod Augustorum unus in re hujusmodi reticeatur, & quatenus hoc exemplis similibus confirmari queat, in præsenti non est mihi tempus ad inquirendum.

In quo Getæ *Aug.* Nomen *omittitur.*

P TANTA

(1) Lib. iii. Tit. 32. De rei vindicatione. (2) Vide Diss. ejus primam ad Fastos Consulares. (3) Critica in Annales §iii. Pag. 8. (4) In Chronico.

Getæ & Baffiani *diverfa ingenia.*

TANTA morum ex ufu, & tanta ingenii à natura diverfitas, *Getæ* cum *Baffiano* fuit, & tanta Fratrum inde Difcordia ; quanta raro inveniatur. *Getam* lenem, moderatum in congreffibus, placidum & humanum fuiffe diximus ; unde plurimos ad fe allexit. [Getæ *Ingenium modeftius*, inquit *Aur.* (5) *Victor.*] Contra *Baffianus* atrox & truculentus cuncta afperius ferociufque geffit : Nihil non acerrime faciens, minitando quam fuadendo, metu quam benevolentia (quod tradit (6) *Herodianus*) amicitias fibi potius quæfivit. Id autem fedulo fecit, ut in gratiam cum Fratre ne rediret : [*In fummum difcrimen* (ait *Spartianus*) *etiam* Cilo, *iterum Præfectus & Conful venit, ob hoc quod concordiam inter Fratres fuaferat.*] *Papinianus* J. C. *Severo* amiciffimus, & (ut aliqui volunt) adfinis, quoniam *Antoninorum* concordiam promoveret, & *Getæ* fautor effe videretur, à (7) *Baffiano* demum interfectus eft. Quid quod ipfi communes eorum parentes, ut liberos inter fe conciliarent, inani opera tentare, orare, jubere, hortari, monere, perfuadere, minitari, nec non omnibus modis uti :

Baffiani malitia.

Severus

(5) De *Cæfaribus*. (6) Lib. iii. § xxxiii. (7) *Spartianus* in *Caracallo*.

Severus Argumentum gravissimum firmissimumque sumens, à Discordiarum, præcipue fraternarum, malitia; Amicitiæ vero utilitate, & commodo: *Julia* vero per Matris sanctum nomen, per similem eorum Ortum, per eadem Cunabula, per Viscera sua, pacem iis, inter lacrymas & amplexus, adprecata: sed incassum omnia. In studia penitus contraria rapti sunt, & utrique sua Factio, in re propemodum omni: Quam, ingeniorum diversitate cæptam, Μοναρχίας spe continuatam auctamque, promovebant utrinque nequissimum hominum genus, & Principibus infestissimum, Adulatores, nihil non (*Herodiano* teste) suggerentes, ut ad se quisque pro virili diversos retraherent.

Concordiam iis Parentes suasere.

sed incassum.

PRIMA Fratrum in Ludis Jurgia, in Gallorum pugnis gallinaceorum, sic, ut ipsos Gallos se imitaturos indicare viderentur. *Romam* mortuo jam *Eburaci Severo* adeuntes, Seditiones in itinere moverunt, neque diversoriis, neque mensis iisdem usi. Ita demum indies gliscebat odium, ut Coci, & Pincernæ in partes traherentur, adhibendi veneni ergo: Donec à *Bassiano Geta*, Frater à Fratre confossus est, & quidem in Matris utriusque communis sinu. Quid quod Ensem, quo

Caracalla *Fratrem occidit,*

facinus perpetravit, Deo (*nefandum!*) Fratricida (1) consecravit. Ut hominum sceleratissimus, & natura plane indignissimus humana, crimen excusaret, coram Senatu, *Romuli* exemplo id fieri (2) declaravit: Neque tantum *Hostem publicum* appellari *Getam*, sed & in (3) Divos referri jussit; impudentissime & nequissime jocatus, *sit Divus, dum non sit Vivus.* Monstrum hoc, & propudium humani generis, vix *Tarantis* nomine dignum, ante annum ætatis trigesimum, inter alvum inaniendam, sicut tam nequam & improbum decuit, é medio sublatum est. *Caracalla* Fratris occisi corpus (4) *statim cremari præcepit:* imitatus hac in re *Neronem*, qui *Britannicum*, à se occisum, raptim inter maximos imbres *translatitio extulit funere.* Cineres *Getæ* ferebantur in Septizonium, quod est Sepulcrum à *Severo* conditum in Via *Appia.* Vixit annis xxii. mensibus ix.

Statuas ejus dejici, Inscriptiones tradi jussit.

NOTISSIMUM est, quod *Bassianus*, ut in Fratrem, etiam occisum, iram evomat, Statuas ejus dejici, Acta publica rescindi, aliaque plurima, quæ oblivionem maturare censerentur, fieri curavit; unde

(1) Vide *Xiphilini Dionem* in *Caracalla*. (2) *Herodiani*, Lib. iv. § x. (3) In vita *Getæ*. (4) V. *Spartianum* in *Caracallo*.

de sit quod *Getam*, qui *Cæsar*, qui *Antoninus*, qui *Augustus*, qui *Britannicus* est appellatus, & qui *Pontifex*, qui *Romanus* fuit Imperator, vix hodie sit, exceptis Nummis, quod pro dignitate referat. Nullæ enim, sive in Pandectis, sive Codicibus Leges, (quamvis *Severi* & *Antonini* Augg. permultæ) nulla Ædificia, paucæ admodum Inscriptiones supersunt, quæ illum Auctorem Conditoremque glorientur: Nummi tantummodo restant, & hæc *Imago*; ideo majoris æstimanda, quoniam *Getæ* utique, quæ restat, unica videtur.

Sever in Filios culpanda Lenitas.

MERITO culpanda, sic existimo, in Filios, *Severi* Lenitas: *Cui* (ut rectissime (1) *Xiphilinus*) *Filii multo cariores, quam Cives; quanquam in hac re alterum ex Filiis prodidit, dum certo sciret, quid ei esset eventurum.* Melius profecto Familiæ suæ, & *Antoninorum* nomini consuluisset Vir alioquin solers, & contra hostes astutus satis, si inter eos Imperium, in Occidentale & Orientale, divisisset; quod Uxori (2) *Juliæ* demum in mentem venit; sed nimis sero, & tanto impari forsan negotio.

HÆC

---

(1) Τότε δὲ φιλότεκνος μᾶλλον ἢ φιλόπολις ἐγένετο, καίτοι καὶ τὸν ἕτερον ἐν τούτῳ παῖδα προέδωκε, σαφῶς εἰδὼς τὰ γενησόμενα. *Xiphilinus* in *Dionis Severo*. (2) *Herodian.* Lib. iv. § v.

Geta *unus ex Impp.* Rom. *obscurissimis.*

HÆC sunt, quæ de *Geta* lucubraverim, *Romanorum* Imperatorum ad suum usque tempus,(sed aliorum culpa,non sua) uno ex obscurissimis: Etsi enim *Galba*, *Otho*, *Vitellius*, aliique Imperium citius amisere, Bello, aliisque rebus præclare gestis sunt insigniti: At *Geta*, é contrario, paci & otio studens, præmature occisus, & post mortem male tractatus, à nonnullis ad Tyrannorum numerum (1) adscriptus fuit, ab aliis vix quidem Imperator habitus: Quæ utique omnia *Tarantis* odio (*Caracallæ* nomen id infame (2) fuit) ejusque magnam partem ex mandato sunt effecta. Huic ut pro virili occurrerem, & *Getam* luci denuo restituerem, quæ de illo mihi se passim obtulere, in unum congessi, & in publicum misi.

Quæ hic de Statua Getæ Bathoniensi, *non nisi caute proferuntur.*

Sed de *Getæ* Statua, quæ habui dicere, cum à me, tamquam é Tripode, non dicantur, sed ut rei latentis, & obscuræ indicia; si ex Statuæ, quod desideratur, reliquo, post hæc effodiendo, vel si alio quovis argumento apparebit, aliam ejus significationem esse,(quando Veritati, non Opini-

(1) Vide *Prælectiones Academicas*, a Clariss. *Dodwello* editas, pag. 87. & seqq. (2) *Xiphilini* Caracallam.

Opinioni perlitem) indicta, quæ ad Statuam ſpectant, hæc haberi, omnino velim omnia. Sin e contrario *ſimulacrum hocce* (quod, ob argumenta pagg. hujus Diſſertationis 2, 3, & ſeqq. præcipue vero locum e *Dione* pagg. 6 & 7 citatum, mihi perſuaſum habeo) ſi, inquam, *Getæ* eſſe cenſebitur, certe felicem & fortunatum me judicavero. Nam, ſi *Marco Tullio Ciceroni* ſibi gratulari licuit, propter repertum in dumeto poſt annos C C. *Archimedis* Cippum; cur non idem mihi liceat, *Antonini Getæ Britannici Auguſti* Statuam, annos jam ſeſquimille, & quod excurrit, abditam, auſpicato detegenti, & palam oſtendenti. *Sed cum illin ſpe nequaquam exigua.*



SEVE-



SEVERIANÆ DOMUS AUGUSTÆ Synopsis Chronologica.

Anni U.C.	Post. N.C.	
898	145	NATUS est *Severus* tertio Idus Aprilis, secundum (1) *Dionem*, *Lepti*, in *Africa*, Patre *Geta*, Matre *Fulvia*. Namque obiit (2) Anno post N.C. CCXI, pridie Nonas Februarii; vixit autem Annos LXV. menses IX. dies XXV. Quibus e priori numero subductis, reducemur ad numerum 145, annum Nativitatis *Severianæ*.

IN

(1) In *Severo*. *Spartianus* ait *Sexto*, sed perperam. (2) Ib.

Anni U.C. | Post. N.C.

IN prima Pueritia, nullum alium inter Pueros Ludum, nisi *ad Judices*, exercuit: 199 146
Cum Ipse, prælatis fascibus, ac securibus, ordine Puerorum circumstante, sederet ac (1) judicaret: Itaque futuri dedit omen Imperii. Meminit hujus Lusionis (2) *Chrysostomus* οὐχ' ὁρᾶτε τοὺς παῖδας ὅταν παίζοντες τάξιν ποιῶσι καὶ στρατιώτας; προηγοῦνται αὐτῶν Κήρυκες, καὶ Ραβδοῦχοι, καὶ μέσος ὁ παῖς ἐν χώρᾳ Ἄρχοντος βαδίζει. Meminere *Plutarchus* in *Bruto*, in *Antonio*, in *Catone*, & *Pollio* in *Gallienis*: Uti notat Doctiss. *Faber* in *Semestrium*, Lib. i.

OCTAVO decimo ætatis anno publice Declamavit: 916 163
Erat enim Latinis Græcisque Literis eruditissimus. (3) *Spartianus*. [*Philosophiæ*, Declamandi, *cunctis postremo liberalium (Artium) deditus studiis.*] *Sext. Aur.* (4) *Victor.* Quanti usus essent, in Juventute informanda, Declamationes, & quam apud *Romanos*, secundum *Græcos*, frequentes, à *Suetonio*, *Quintiliano*, aliisque disci potest: Quibus, ex causis fictis & Hypotheticis, quid de veris dici oporteat, docemur.

(1) *Spartianus* in *Severo*, sub initium; & in eum *Casaubonus*. (2) In Caput primum prioris ad *Corinthios*. (3) In *Severo*. (4) De *Cæsaribus*.

Anni U. C. | Poſt. N. C.

918 165 Hoc circiter anno, ſtudiorum ergo, *Romam* (1) adiit: Ubi Hoſpitem nactus, qui *Hadriani* vitam Imperatoriam eadem hora legeret, ſibi omen futuræ felicitatis arripuit; ut & alia deinceps hujuſmodi permulta.

922 169 Sub hoc tempus *Latum Clavum* (quod Dignitatis Senatoriæ fuit inſigne) à Divo *Marco* (2) petiit, & accepit; favente ſibi *Septimio Severo*, adfine ſuo, bis jam Conſulari. Adeo perturbate rem hanc (ut pleraque alia) tradit *Spartianus*, ut *Severus*, anno, quo *Romam* venit, eodem, aut proximo, *Latum Clavum*, itaque Senatoriam Dignitatem accepiſſe videatur: At ipſa res clamat, illum Fiſci Patrocinium, *quod Honorum ei fuit Auſpicium*, prius obiiſſe.

923 170 Iuventam plenam Furorum, nonnunquam & Criminum habuit *Severus*. *Spartianus* in *Severo*.

925 172 Sub hoc tempus Uxorem *Martiam* duxiſſe viſus eſt: de qua tacuit in Hiſtoria Vitæ privatæ: Cui poſtea in Imperio Statuas

(1) *Spartianus* in *Severo* (2) Ibid.

Anni U. C. | Poſt. N. C.

Statuas collocavit. Idem Filias ex ea binas habuit. Idem. 925 172

Prætor deſignatus à *Marco* eſt *Severus*, non in Candida, ſed in Competitorum grege, anno ætatis triceſimo ſecundo. Idem. 930 177

Tunc ad *Hiſpaniam* miſſus eſt, ubi ſomniavit ea, quæ Imperium polliceri viderentur. Idem.

Ludos, hiſce fere diebus, abſens edidit. Legioni quartæ *Scythicæ* deinde præpoſitus eſt, circa *Maſſiliam*, uti *Spartianus*: At *Mœſiam* mavult *Caſaubonus*; *Syriam Salmaſius*. 932 179

Athenas circiter hoc tempus, amiſſa forſan Uxore *Martia*, petiit, ſtudiorum ſacrorumque cauſa, & operum ac vetuſtatum: Ubi cum injurias quaſdam ab *Athenienſibus* pertuliſſet, inimicus his factus, minuendo eorum privilegia, jam Imperator ſe ultus eſt. (1) Idem. At nimis ſevere; nequaquam enim Imperatorium eſt injurias vindicare privatas. 933 180

Commodus Imp. Bellum *Britanni-* 936 183

(1) In *Severo.*

Anni U.C.	Post. N.C.	
936	183	*cum*, quod, ut (2) *Xiphilinus* ait, *omnium longe maximum fuit*, hoc anno inchoavit. Dicitur ob victorias hoc bello reportatas, in nummis, *Britannicus*. *Pagi* 1.
940	187	ROMA Peste, Fame, & Incendio afflicta est. *Pagi*.
941	188	JULIAM, natione *Syram*, (*Martia* jam defuncta) in Uxorem duxit *Sept. Severus*. Eodemque anno natus est *Lugduni Bassianus*. (1) Idem. *Severus* hoc anno *Lugdunensem* Provinciam rexit. *Pagi*.
942	189	DUOBUS *Silanis* Coss.

Hujus anni res, à *Spartiano* & *Onuphrio* mire turbatas, (hi enim ad annum CLXXXV eas referunt) notata *Perennii* morte, *Antonius Pagi* clariores reddidit. Unum autem deest, ut de *Severi* consulatu primo, quo nimirum anno gereretur, constet. Refert (2) *Dio Xiphilini Cleandrum*, *Commodi* auctoritate, Consules XXV in annum unum designasse, (quod neque ante id tempus, neque post unquam factum est) & ex eorum numero *Severum*, qui postea Princeps erat, fuisse. Consulum hanc *Designationem* ad annum perti-

(1) In *Severo*. (2) In *Commodo*.

pertinere 189. vult *Antonius*, & anno — Anni U. C. | N. C. Post.
190. *Severum* primum gessisse consulatum. Anno ante consulatum *Designati* erant hi Coss. 942 | 189

Hoc, uti videtur, anno primum egit consulatum *Severus*, & quidem affirmante (1) *Spartiano*, cum *Appuleio Rufino*, Imperatore *Commodo* se inter plurimos designante: Quocum concordat (2) *Dio*. Consules autem ordinarii, secundum Auctorem Anonymum & *Anton. Pagi*, erant *Commodus* vi. & *Septimianus*. 943 | 190

Hoc anno natus est *Geta*, *Mediolani*: Etsi aliter alii prodiderunt. *Capitolinus*. Nam in *Severo* *Spartianus* ait, [*Eum* Romæ *suscepisse alterum Filium*.]

Severus anno ferme integro *Romæ* fuit otiosus. 944 | 191

In *Germaniam* profectus est *Severus*; & ita se in ea legatione egit, ut famam, nobilitatam jam ante, cumularet. *Spartianus*. 945 | 192

A Germanicis Legionibus, ubi auditum est *Commodum* occisum, *Julianum* autem 946 | 193

(1) In *Severo*. (2) Loco jam citato.

Anni U.C. | Post. N.C.

946 | 193 autem cum odio imperare, multis hortantibus Imperator eſt appellatus apud *Carnutum*, Die prima *Junii*. *Pagi*. Quingenta ſeſtertia, quod nemo unquam principum, militibus dedit. *Spartianus*. Filias, ex *Martia* uxore, maritis *Probo* & *Ætio* (ſive *Ælio*) dedit, & utrumque Conſulem ſtatim fecit. (1) *Spartianus*. Hi vero Coſſ. ſuffecti erant: Nam ex Anonymo Auctore hujus anni Coſſ. fuiſſe *Falconem* & *Clarum*, aſſerit *Noriſius*; cui conſentit *Ant. Pagi*.

Occiso *Pertinace* Imp. Legiones *Illyricæ Severo* fideliſſimæ fuerunt. Earum Fides nummo apud *Patinum* celebratur. *Severus* à Senatu declaratur Imperator. *Julianus* occiditur. *Severus Romam* ingreſſus, à Senatu glorioſe (qua de re *Herodianus*) excipitur. Numiſma cuſum eſt, (de quo *Patinus*) ADVENTVI. AUG. FELICISSIMO.

947 | 194 *Imp. Septimius Severus* II } Coſſ.
D. Clodius Albinus Cæſ. II }

Severus in honorem *Pertinacis* (cujus mortem vindicare præ ſe tulit) *Pertinacem* ſe-

(1) In *Severo*.

	Anni U.C.	Post N.C.
se cognominari jussit. (2) *Eusebius*: quamvis postea id nomen aboleri voluerit, querimonia amicorum. (3) *Spartianus*. Hoc anno Nummum percuti curavit, *Herculem* & *Bacchum* repræsentantem: Illum, ut Tyrannorum domitorem, hunc, ut *Indiarum* triumfatorem, coluere veteres. Ita *Patinus*, qui Nummi hujus Iconem exhibet.	947	194
In *Osdrœnos*, *Arabes*, *Adiabenos*, & Urbem *Nisibin* proficiscitur *Severus*; quibus subactis, Imp. V. appellatus est. *Pagi*. Sub (2) hoc tempus, floruit *Clemens*, *Alexandriæ* Ecclesiæ Presbyter: Et decennio proxime sequenti varia conscripsit, Eloquentia & Eruditione plena: Quorum Editionem accuratissimam e Prelo *Sheldoniano*, opera Doctissimi *Potteri*, jam nunc *Oxoniensi* Episcopatu aucti, expectamus. Bassianus septennis Puer, cum collusorem suum puerum ob *Judaicam* Religionem gravius verberatum audisset; neq; Patrem suum, neq; Patrem pueri, vel auctores verberum diu respexit. *Spartianus*. Sic autem misericors fuit, utpote (*Tertulliano* scribente) *Christiano* lacte nutritus. Bassi-	948	195

(2) *Eusebius* in Chronicorum Libro posteriori. (3) In *Severo*.

Anni U.C. | Post. N.C.

951 198 BASSIANUS, qui *Antoninus* & *Caracalla* dictus est, hoc anno, apud *Viminatium* in superiori *Mæsia*, *Cæsaris* nomen obtinuit à *Severo*. In (1) *Camdeni* quadam Inscriptione dicitur CÆS. DESTINATUS.

IN Nummis hoc anno percussis, & à *Mediobarbo* recitatis, *Severus*, ob nuperas in oriente victorias, appellatur *Parthicus*, *Arabicus*, *Adiabenicus*: unde falsi *Spartianus* (2) arguitur, eo quod *Severum Parthicum* nomen respuisse, tradiderit. *Pagi.*

952 199 BASSIANO *Cæsaris* nomen à Senatu ratum est. Porro *Imperator* hoc anno *destinatus* est, itaque nuncupatus: ut ex Inscriptione patet, apud (3) *Scaligerum*. Præterea hoc anno Tribunitia Potestas à *Severo Caracallæ* data est in *Galliis*.

956 203 TRIBUNITIA Potestas hoc anno *Caracallæ* decreto Senatus confirmata est. *Severus Romæ* dedit Quinquennalia: Ad *Lugdunum*, cum *Albino Cæsare* pugnavit, eumque, xi Kal. Martii, ut *Spartianus* in *Severo*, vicit. *Caracallam Augustum* dixit,

(1) *Brigantes.* [2] In *Severo.* [3] Vide ejus Animadversiones in *Eusebium*, pag. 828.

	Anni U.C.	Post N.C.
dixit, *Getam Cæsarem.* *Saturnino* & *Gallo* Coss.	956	203
ANULLINO II. & *Frontone* Coss. ex duabus Inscriptionibus *Onuphrianis.* *Tertullianus* Librum de *Corona Militis* composuit. *Plautianus* *Severum* Imp. (quod adversarium est *Baronio)* per Orientem comitatur: ut ex (5) *Gruteri* Inscriptione licet colligere.	952	199
FABIANO & *Muciano* Coss. Secundum *Aurel. Cassiodori* Chronicon, hoc anno Thermæ *Severianæ* apud *Antiochiam* & *Romæ* sunt, & *Septizodium* instructum est. Huic consentaneum est Chronicon *Eusebii.* Nova Ædificia construxit: Vetera, quæ temporum vitio labebantur, restituit, tradente *Xiphilino:* Ob quæ *Severus*, in Nummo, apud *Patinum*, appellatus est RESTITUTOR URBIS.	954	201
Sept. Severo Aug. III / *Aur. Antonino Caracalla Aug.* } Coss.	955	202

Consulatus hic ab utroque sumitur Imperatore, tradente *Pagio* toties laudato, juxta ejus secundam Consulatuum *Cæsare-*

R *orum*

[5] Pag. CCLXX. 6.

Anni U. C. | Post. N. C.

orum Regulam, nimirum propter *Severi* Decennalia, & Imperii Augustæi *Caracallæ* Quinquennalia: Quæ tamen utraque in annum sequentem dilata censet.

956 | 203 *L. Fulvio Plautiano* / *P. Septimio Geta* } Coss.

Omnino hic notatu dignum est, *Getam* hunc *Severi* Fratrem, non autem Filium fuisse: Quod cum minime adverterunt Auctores aliqui satis celebres (in quibus sunt *Eusebius*, *Cassiodorus*, Fastorum Consularium Editores, aliique non pauci) graviter errarunt. Nobilis (1) *Savilius Getam* huncce non *Severi* Filium esse judicans, eum simpliciter *Getam* appellat, sed é diverso *Getam* nostrum *Severi Filium*. Omne dubium adimit *Ant. Pagi*, qui ope duorum apud *Mediobarbum Getæ Cæsaris* Nummorum, hujus anni Consulem *Severi* Filium esse non posse ostendit. Plura statim hac de re, cum *Getæ Cæsaris* Consulatus persequar accuratius. *Severus* vota Decennalia celebravit, decimo hoc Imperii anno, Mense Majo exacto, cum annum undecimum Principatus iniisset. *Norisius*. *Severus* ob hæc Dec-

(1) Vide Illius Fastos, Regum & Episcoporum *Angliæ* Scriptoribus post *Bedam*, adnexos.

Decennalia Nummum percussit, cujus a-
pud *Mediobarbum* Icon Figuram habet 956 203
velatam, coram Ara sacrificantem. *Pagi.*

Caracallam Imperii *Augustæi*, *Getam* Imperii *Cæsarei* Quinquennalia edidisse censet *Ant. Pagi*: Ut & *Severum Getæ* Filio minori Togam virilem dedisse, majori vero *Plautiani* Filiam matrimonio junxisse. Ejus Pater, ut erat divitiis abundantissimus, Filiæ suæ dedit tantum, quantum Reginis quinquaginta satis fuisset. *Dio Xiphilini.* Porro hoc anno fieri probabile est *Indulgentiam* Augustorum in *Carthaginem* Senatus consulto: de qua Nummus *Caracallæ*. Erat autem *Indulgentia* remissio Tributorum ex Annonis.

Hoc anno, rebus in Oriente compositis, *Severus*, Filios jam puberes secum adducens, Urbem triumphans ingressus est. Unde Nummus *Severi* ADVENT. AUGG. Et *Caracallæ* Nummus, in quo ARCUS. AUGG. S. C. est Arcus trium Fornicum, qui (tradente *Patino*) hodieque *Romæ* visitur, sed Vetustate pæne consumptus; Inscriptus est *Severi* & *Caracallæ* Nominibus & Titulis.

Severus Ludos sæculares Octavos cele- 957 204
bravit, & honoris participes Filios fecit,
unde in Nummo *Getæ* (cujus Iconem

Anni U.C. | Post. N.C.

Tab. iv. Fig. viii. videre licet) inter Filios, ara in illorum medio posita, sacrificat Pater. De hisce Ludis vide *Zosimi* Lib. ii. De iis, generatim acceptis, vide *Patinum* in Nummis *Domitiani*, Pag. 219.

958 205 Coss. *M. Aurelius Antoninus Caracalla Aug.* II, & *P. Septimius Geta.*

Est hic primus *Getæ Cæsaris* Consulatus, non secundus, ut *Eusebius*, *Cassiodorus*, Fasti Consulares, *Baronius*, aliique, falso tradidere. De hoc *Getæ* nostri Consulatu, vide quæ ad Inscriptionem ejus No. tertiam supra notavimus. Hoc anno cusum est Numisma Tab. iv. No. 6, quo *Felicitas sæculi* ostenditur.

959 206 *Albino* & *Æmiliano* Coss.

Origenes seipsum (*Antonio* tradente *Pagio*) castravit, sed postea facti pænituit, aliosque, ne simile quid patrarent, vehementer absterruit.

Intra annos 199 & 209, *Getæ Cæs.* Procurator, *Septimius Honoratus*, *Juliæ* Augustæ monumentum posuit. Vide Inscriptionem No. secundam.

Coss.

	Anni U.C.	Post. N.C.
Coss. *Aper* & *Maximus.*	960	207

Severum hoc anno Quindecennalia celebrasse verisimile est: Ut & *Caracallum* Tribunitiam Potestatem X suscepisse, & Imp. ii. appellatum esse. *Pagi.*

Coss. *Caracalla Aug.* iii. & *Septimius Geta* ii.	961	208

Baronius Getam hoc anno *Augustum* nuncupari scribit; quocum *Ant. Pagi* consentit; propter Decennalia Imperii Augustæi *Caracallæ*, hoc anno celebrata; cum annis hujusmodi solenniis addictis (quæ illius Regula est) novi *Cæsares* aut *Augusti* creari solerent. Sed Inscriptione Quarta contrarium evincitur, & Regulæ *Pagianæ* fides in dubium vocatur. Hoc anno Imperii *Cæsarei Getæ* Decennalia celebrabantur. Hoc anno *Dui* Civitatis *Brigantum* & Numinibus Augustorum (i. e. *Severi* & *Bassiani) Titus Aurel. Aurelianus* Altare dedicavit, pro se & suis: De quo, Inscriptione tertia. Videtur hic *Aurelianus* ὁ τῆς Βρεττανίας ἡγεμὼν esse, de quo, Literas seditiones Barbarorum exponentes, ad *Severum* dante, *Herodianus.*

Coss.

Anni U. C.	Post. N. C.
962	209

Coss. *Claudius Pompeianus* & *Avitus.*

Bassianus & *Geta*, jam pridem à *Plautiano*, tanquam à Pædagogo, liberati, intemperantes & effrænes facti sunt, adeoque se in omne genus voluptatum ingurgitavere: quare, ut *Severus* à *Romæ* deliciis eos abduceret, simulque vitæ militari (i. e. sobriæ & severæ) adsuesceret, una cum Exercitu duxit hoc anno in *Britannias*; ubi, etiam post *Albini* interitum, motus erant civiles: Quibus utique componendis, Insulaque sibi concilianda (quam multo majorem esse, quam revera est, existimavit) Vir appetentissimus gloriæ sibi multum pollicitus est.

Batavi Fratres & Amici P. R. pro *Aurelii Antonini* Aug. & *Getæ* nobilissimi, hic dicti, in *Britanniam* itu redituque, Fortunæ Augustæ Votum solverunt. Vide Inscriptionem No. Quartam, & ad eam Adnotata.

Hoc etiam anno, percussa sunt duo Numismata; in quorum altero, *Geta* cum Casside; altero, ejus ad Milites Adlocutio. Utrumque Bellum ostendunt, quod jam inchoatum est contra *Britannos*. Cum jam ad *Britannias* appulsus est *Severus*, *Getæ* primum *Augusti* nomen

Anni U. C. | N. C. Post.

nomen impertivit: Vide Adnotata modo dicta.

Britanni, repentino *Severi* adventu perculsi, Legatos ad eum de Pace mittunt; sed nihil precibus loci relictum.

Hic annus *Severi* Imp. 18. *Caracallæ* Imp. 13, *Getæ* Imp. 3, *Faustino* & *Rufino* Coss. *Severianæ* Domus, sicut etiam *Britanniæ* nostræ, fuit omnino gloriosissimus: In quo illius tres Augusti *Romano* Orbi imperarunt, & in eum, quaqua patet, universum mandata, ex hac Insula, miserunt. 963 210

Severus, cum Filio *Caracalla*, duxit Exercitum in *Mæatas* & *Caledonios*: Et dum hæc aguntur, *Geta* in parte Insulæ australi *Romanis* subjecta, relictus est à patre, ut Juri dicundo (quam ob rem *Eburaci* Prætorium, cujus hodie visuntur reliquiæ constructum est) rebusque Civilibus administrandis præesset: Consiliariis ex amicis grandioribus (*Papiniano* forte inter alios) in auxilium adhibitis. *Herodianus*.

Devam, hoc anno exeunte, vel sequentis initio, *Coloniam*, & quidem à *Geta* Imp. factam probabile est: Ut & Eum, in *Aquas Calidas* liberalem & beneficum, munificentiæ suæ Monumenta, Vias

Anni U.C. | Poſt. N.C.

963 210 Vias inſtaurando, Aquas ibi ſaluberrimas ab impuris ſervando reliquiſſe, & à Civitate Statuam Equeſtrem accepiſſe. Rebus à *Severo* in Septentrione vario cum eventu geſtis (militum enim quinquaginta Millia ſine prælio amiſit, & paulo poſt defecere cum *Mæatis Caledonii*, nec quidem unquam à *Severo* victi ſunt ;) Vallum (*i. e.* Murum Ceſpititium) hoc anno, per Millia paſſuum xxxii, non per cxxxii, ut omnino perperam *Euſebius*, *Hieronymus*, *Caſſiodorus*, *Eutropius*, ſecundum *Pæanium* Paraphraſtem, (de quo vide *Scaligeri* Animadverſiones Pag. 210. Ed. Lugd.) à mari ad mare, nempe à Fluvii *Tinæ* Oſtio, ad *Itunæ* Æſtuarium deduxit ; ut ab hoſtibus, omni ævo ſtrenuis & bellicoſis, ſuos *Eboraci* & in Auſtrali *Britannia* tueretur. Ab hoc Vallo, crebris Turribus communito (quod maximum ejus Imperii Decus habebatur) *Britannici* nomen accepit, una cum duobus Filiis, *Severus*.

964 211 VERUM ut pateat, quam non æterna, quam non immortalis, imo quam dubia, quam brevis ſit humanæ conditionis,ut ut celſiſſimæ, Gloria, hoc anno cæpit inclinare Domus *Severiana*. Imperator enim *Severus*, ita multos annos *Arthritide* gravatus,

gravatus, ut hac Expeditione propemo- Anni U.C. | Post. N.C.
dum omni Vectica veheretur (quod 964 | 211
utique malum, in regione frigida, & corpore frigori non multum assueto, non parum exasperavit Hyems) Mærore porro, propter res domesticas Voto minime respondentes, accedente, mirum quantum ab iis passus est. Crapula enim *Arthritidi* superveniente, & ad τὸ ἔνδον eam aliiciente, (quod ex *Aurelii Victoris* Epitomatore patet) tanquam Causa evidenti προηγουμένη subjuncta, exstinctus est, pridie Nonas Februarii, annos habens LXV, & quod excurrit.

Severi Corpus, à militibus elatum, imponitur in rogum, militum & Filiorum ipsius Decursione honestatum. Milites in eum Dona conjecere militaria: Filii ignem accendere: Eo, ut aliqui opinantur, loco *Eboraci*, qui hodieque *Sever-Hill*, quasi *Severi* Collis, appellatur. In Urnam (de qua *Severus*, paulo ante mortem manibus tractata, *Tu*, inquit, *Virum capies, quem totus Orbis terrarum non cepit)* Ossa secluduntur, & *Romam* perferuntur.

Bassianus & *Geta* Augusti, una cum Matre *Julia*, quæ hac Expeditione tres Imperatores comitabatur, hujus anni vere solventes ex *Britannia*, *Romam* reversi sunt.

Anni U.C. 964 | Post N.C. 211

Multa in itinere Fratrum Diſcordia, magnæ Diſſentiones; ut neque diverſoriis iiſdem uterentur, neque menſa eadem, Venenum metuentes.

Numisma hoc anno cuſum eſt, in quo, ob victorias à *Severo Baſſianoque* partas, *Geta* (qui ad eas in Auſtrali *Britannia* non parum contulit) *Britannicus* appellatur,

Huc etiam Nummus ſpectat, Claſſis ſecundæ numero quintus, *Fortunæ Reduci* inſcriptus: De quo Pag. 65. 6. *Romæ*, cum acclamationibus, Auguſti duo, *Severi* ſucceſſores excipiuntur.

Apotheosis *Severi* ſequitur, de qua fuſe *Herodianus*. In *Antoniniano* reponitur Urna, *Severi* Cineres & Oſſa comprehendens; iſque inter Divos refertur. Diſcordia Fratrum Augg. indies augeſcente, Populus *Getæ* favebat. Mater, ut Filios inter ſe reconciliaret, Imperium dividi *Romanum*, in *Europæum* & *Aſiaticum* propoſuit: Sed improbato hoc conſilio, *Baſſianus*, Imperii totius ambitione ductus eique inhians, magnum aliquod ferro & cæde molitur; itaque, cum ſecus proceſſerunt latentes inſidiæ, *Getam*, in communis eorum Matris cubiculo, ſicut *Dio*; in ejus ſinu, ſicut *Herodianus*, ὀλοφυρόμενον ϗ βοῶντα, i.e. lamentantem & excla-

cla-

clamantem, manu ſua (proh. facinus!) jugulavit. Anni U. C. | Poſt N. C. 964 | 211

Getæ Corpus ſtatim crematum eſt, ex mandato *Caracallæ*, majorum ſepulcro, quod in *Appia* Via, ſpecie *Septizonii*, exſtructum eſt.

Milites largitione compoſiti, *Getam* Hoſtem appellarunt: *Baſſianus* in Fratris domeſticos & amicos ſæviit, &, quæ ejus oblivionem maturare poſſent, omnia ſedulo perfecit. Liberti, Fautores, & Amici *Getæ* occiſi ſunt ad millia hominum permulta, & in eorum numero *Papinianus* J. C. ipſo jubente conſpicienteque *Baſſiano*, tractumque ejus per plateam Cadaver ſine aliqua humanitatis reverentia. *Capitolinus* in *Caracallo.*

Tuccitani, populus *Hiſpaniæ*, hoc anno, duobus *Aſperis* Coſſ. *Getæ Severo* Aug. Monumentum erexere. Vide Inſcriptionem No. Sextam.

Coſſ. *Caracalla* Aug. iv. & *Balbinus* ii. 966 | 213

Quindecennalia celebravit Imperii Auguſtæi *Caracalla*: ſecundum *Ant. Pagi.*

Coſſ. *Meſſalla* & *Sabinus.* 967 | 214

Imperii *Cæſarei Caracallæ* Vicennalia. Idem.

Anni U.C. | Post. N.C.

Idem. Unde *Cassiodorus*, [His Coss Antoninus *Caracalla* nominatur, propter genus vestis, quod *Romæ* erogaverat.]

969 216 Coss. *Sabinus* II, & *Anullinus*.

Antoninus Thermas sui nominis ædificavit. *Cassiodorus*, & *Eusebius*, in Chronicis. Porro *Caracallam* hoc anno posterioris Imperii Augustei Quinquennalia dedisse, refert *Ant. Pagi*: Ut & *Thermas* annis hujusmodi festivitatibus dicatis ædificari solitas fuisse.

RELIQUIT & Porticum sub hoc tempus, Patris nomine: Quæ gesta illius contineret, & triumphos & bella. *Spartianus*, sive potius *Capitolinus*, in *Caracallo*.

VIAM novam idem munivit, quæ est sub ejus *Thermis Antoninianis*, scil. qua pulchrius inter *Romanas* plateas non facile quicquam invenias. Idem.

POSTQUAM Imperii *Rom.* *Caracalla* jam Monarcha factus esset, omne genus sceleri se dedit: Quatuor Vestales Virgines occidit; ex quibus unam, *Clodiam Lætam*, primo, quantum in ipso fuit, vitiavit; deinde exclamantem, & Virginitatis suæ Testem illum ipsum invocantem vivam (1) sepeliri jussit. (2) *Helvium Pertinacem*

(1) *Dione Xiphilini*, Lib. xxii. (2) Vita *Caracalli* Cap iv.

Anni U. C.	Post N. C.
969	216

tinacem, virum Consularem, ob hoc solum quod esset Filius Imperatoris, occidit.

Post innumeras cædes, ad hominum mulierumque (1) (*Dione* teste) viginti millia, in *Italia* patratas, & fautoribus amicisque *Getæ* omnibus deletis, non tam Urbi, (in qua vel Nomen ejus odiosum fuit) quam Exercitui fidens, huc illuc quo ferebat animus, eum duxit. Primum (3) *Galliam* petiit, & quam primum in eam venit *Narbonensem* Proconsulem interfecit: Dein (3) *Germanias* adiit. Per *Thracias* tunc in (3) *Asiam* migravit; bellum *Armeniacum*, *Parthicumque* gessit; tunc (3) *Alexandriam* petens, magnam in ea cædem fecit; dato militibus signo, ut quisque Hospitem occideret. (1) Sepulcra Regum *Parthorum* subvertit. Ut Provinciis placeret, simulque Pecuniam ex iis corrogaret, legem tulit, qua [*In Orbe* Romano *qui sunt, ex constitutione Imperatoris* Antonini *Cives* Romani *effecti sunt.*] D. de statu Hominis, L. 17.

Hujusmodi vagationibus, cædibus, aliisque rebus impiis sceleratisque annos circiter quatuor consumsit *Tarans*: Nomen hoc Gladiatoris deformissimi, perexiguique, ac nefarii hominis, *Caracallæ* à Populo, datum est.

Τοιῦτος,

(3) Vita *Caracalli*, Cap. v.

Anni U. C. Post. N. C. Τοιοῦτος, inquit (1) *Dio*, μὲν ὁ τοῦ Ταράντου καὶ βίος καὶ ὄλεθρος ἐγένετο, i. e. *Hæc* Tarantis *Vita, hic Interitus fuit.*

970 217 Coss. *Bruttius Præsens*, & *Titus Messius Extricatus* II.

Ad Domus *Severianæ* trium *Antoninorum* annum jam ultimum devenimus. Nam *Caracalla* Imp. fere cunctis ob sævitiam odiosus, à quodam *Martiale*, quem affecerat injuria, *Carras* inter & *Edessam*, in *Mesopotamia*, Alvi inaniendæ satagens, inter fæces & urinam, confossus est, 6 Idus Apriles. Natus est die Octava Aprilis, Anno post N. C. 188. Vixit Annos 29. Regnavit Annos 6, Menses binos.

Macrini, qui Cædis auctor fuit, ex mandato, Corpus igni traditur; reliqua ejus, curante *Julia Domna*, (quæ tunc *Antiochiæ* morabatur) *Romam* relata, *Antoninorum* Sepulcro reconduntur.

Dixi illum Annos egisse 29: neque enim audiendi sunt, qui tamquam *Martia* genitum, annos xliii eum attigisse volunt; cum Fratres, *Getam* & *Bassianum*, eodem tempore Infantes esse, tradat *Herodianus*. Τῶν τε παίδων αὐτῷ ὄντων πάνυ νηπίων. Porro *Caracallam Juliæ* Filium fuisse asserit

(1) *Xiphilini*, loco jam nunc citato.

Anni U. C.	Post. C. N.
970	217

rit *Oppianus* in Poemate illo aureo ad eum dedicato,

——————— Ἀντωνῖνε,
Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο Δόμνα Σεβήρῳ.

Dio tradit apud *Xiphilinum* *Taranti* fraudem & malitiam Matris inesse, *Syrorumque*, ex quibus illa fuerat. Hi vero tres, *Herodianus* scil. *Dio*, & *Oppianus*, istorum erant temporum, *Antonino* & *Juliæ Domnæ* coævi, *Romæ* agentes, & qui notitiam illorum habuere: Contra, qui de *Antonino*, tamquam *Martia* nato, *Juliam* Novercam Uxorem ducente, & annos xliii agente, figmenta tradidere, (*Capitolinus* scil. *Cassiodorus*, *Victoris* Epitomator, *Eusebius*, *Eutropius*, aliique) longo post tempore vixere, annis circitur octoginta post scripsere, ab aliis decepti, & alios decipientes. Sed & Inscriptiones hujus rei veritatem arguunt, extraque omne dubium ponunt: Nam in *Gruteri* Thesauro Pag. cclxvi No. 7. legitur Inscriptio JULIÆ DOMINÆ (pro DOMNÆ) M. AUREL. ANTONINI. CÆS. MATRI. Iterumq; Pag. eadem, JULIÆ AUG. MATRI. CASTRORUM. ET. MATRI. M. AURELII. ANTONINI..

HÆC qualiscunque Domus hujusce Chronologia est; quæ A. C. 145. incipiens, & in annum 217 producta, annos

Horum

Anni U. C. | Poſt. N. C.

970 | 217

complexa eſt 72, & tres habuit *Antoninos*. Horum primi annorum viginti Pueritiæ *Severi* ſunt attribuendi; qua exacta, proximis ſex annis ſupra viginti, Vir hic, humili loco natus, & Dignitati Imperatoriæ ne vel remotiſſime adfinis, aſtu, induſtria, conſilio, labore, quacunque arte, quocunque modo, magnaque ſui fiducia, partim ex Oraculis, partim ex Somniis, aliiſque Præſagiis orta, per varios Honorum gradus, promptus excogitandis, acer exequendis rebus, Imperium adeptus eſt *Romanum*. In quo exercendo, Competitoribus ſuppreſſis, & devictis Hoſtibus (qua in re, *Herodianus* ait, *nihil ejus Victoriis æquale*) ita ſe per annos xvii geſſit, ut *Romanorum* Impp. vix quiſquam unquam, ab Auguſto, melius. Literis ipſe imbutus, Eruditione & Doctrina claris hominibus magnopere favit. Pontes & Vias paſſim munivit. Ædificia publica, tum *Romæ*, tum in Provinciis, conſtruxit. Titulos habuit, quot ante nemo forte Imperatorum; omniaque glorioſe egit, tamquam ad Imperium à Natura deſignatus, & (1) à nonnullis appellatus eſt *Fundator Imperii*. Verbo dicam, *Severum* Ambitio, Doctrina, Superſtitio,

(1) *Gruteri* Theſ. Inſcript. Pag, lvi. 5. cclxii, 9.

ſtitio, Diligentia, Simulatio, Diſſimulatio, Liberalitas, Avaritia, Labor, Severitas, Fortuna, Magnificentia, non ſolum ab omnibus Romanis Imperatoribus, ſed & ab omni humano genere diſtinxerunt.

GETÆ notanda eſt Forma, in veſtitu Elegantia, Gula, Μοναρχίας adfectatio quædam, Urbanitas, Lenitas, ſingularis Innocentia, & bona Indoles, ſummaque in *Britannos* Auſtrales Beneficentia.

CARACALLÆ animus omni virtute expers, Libido inſatiabilis, Crudelitas Puellorum, Virginum, Anuum, Præceptorum, Adfinium, Conſanguineorum Morte inſignis. Nihil *Tarante* turpius, nihil unquam execrabilius, nihil humana natura hoc monſtro indignius. O dignum Imperii infiniti arbitrum! Hi tres ſunt Imperatores, quos eodem tempore tenuit *Britannia*. Brevi curriculo xxiv annorum, Virtutum atque Vitiorum omnium, ſtatuum ac conditionum fere omnium, Domus iſthæc curſum abſolvit, & in compertis habuit, quod à *Severo* dictum extremo ſpiritu, *Nihil expedire.*

PROFECTO, ex omni retro antiquitate, ſi duo illa tempora ſeligere voluerimus, in quibus *Britannia* noſtra clarius

emicuit, & ſupra omnes alias Gentes,

Quantum lenta ſolent inter Viburna Cupreſſi,

Caput extulit, alterum eorum erit trium *Antoninorum*, *Severi*, *Caracallæ*, & *Getæ* Imppp. A. A. A. & *Britannicorum* in hac Inſula Triennium: Alterum, jam pridem emortuæ, Octennium ANNÆ. Quæ tamen eo differunt, quod in priori Virtute aliena, nempe *Romana*, effulſit; in poſteriori vero ſua: Hoc Ipſi vidimus; Illud hic Libellus, uti ſpero, exhibebit.



Guli-

Guilhelmi Musgrave

REGIÆ SOCIETATIS

Utriusque SOCII,

DISSERTATIO

DE

ICUNCULA

Quondam M. Regis ÆLFREDI.

Nam omnino fingendarum Similitudinum ratio iccirco ab hominibus inventa est, ut posset eorum memoria retineri, qui vel morte subtracti, vel absentia fuerant separati. Lactantius.

Iscæ Dunmoniorum:

Typis PHILIPPI BISHOP: Sumtibus PHIL. YEO. A. MDCCXV. Veneunt etiam *Londini*, & in utraque Academia.

Ex Chronico Fani Sancti Neoti, *sive (ut nonnullis videtur) Annalibus* Joan. Asserii.

ANno DCCCLXXVIII. *Alfredus*, Rex Occidentalium *Saxonum*, per silvestria & gronnosa *Sumertunensis* Pagæ loca, in magna tribulatione & angustia inquietam vitam ducebat. Et, ut in vita Sti. Patris *Neoti* legitur, diu latebat apud quendam suum Vaccarium.

Out of the Life of King *Alfred* the Great, by Sir *John Spelman*.

THE River-Island Athelney, *in* Somersetshire, *which for the greatest part was anciently nothing but a vast Fen, and Alderkarre, having afforded the King* [Alfred] *a commodious place of Refuge, in the time of his Distress, grew of that note, that loosing the Name* Athelney, *it came to be called* Æthelingey, *i. e.* the Island of Nobles, *from the frequent Resort and Residence of Noblemen there with the King*. Book iii. §. ii.



VIRO HONORABILI,

CIVI OPTIMO,

THOMÆ WROTH

DE

Petherton-Park, in Comitatu *Somerset*, Baronetto,

SALUTEM.



RATAM *acceptamque*, Vir Amplissime, *se* Tibi *fore*, *pollicetur hæc*, *qualis qualis ea sit*, *Dissertatio* : Tibi *scil. omne genus Literarum amanti*, & *Antiquitatis investigatori solicito*, ea, *quæ de* Ælfredi *rebus aliquot tradendis exponendisque tota versetur.*

IS enim Magnus ille Rex *fuit*, *qui* (Asserio, *ejus æquali*, *tradente*) *in Loco* Alre

Alre *appellato, Prædio nunc Tuo,* Guthramum, *illum Paganorum Regem, in Filium Adoptionis sibi suscipiens, de Fonte sacro Baptismatis eum Elevavit, & una cum illo,* Æthelstani *nomine in Ecclesiam admisso, pro hujus in Ditionibus suis gubernatione,* (1) *leges sancivit.* Ille *fuit, qui* Athelneiæ, *Tuis Possessionibus adjacentis, summo discrimine latens, Hospitium ibi invenit, in Tugurio, præclarum; neque minus ob Placentas, ad Ignem positas, (ut festivum hoc adiiciam) quoniam minime vertebat* Is, *ardentes, quam Ævo nuper elapso, Rex* Carolus, *ejus nominis* Secundus, *ob neglectum Automaton, à Vetula fuit increpatus: Ibi, inquam,* Ælfredus *invenit Tutamen, ut diebus hisce nostris in Ædibus* Tuis, *tamquam in Asylo, plerique: Neque enim minus ille Beneficus, qui Pauperes alendo, qui Vicinos sublevando, aliaque boni Civis munera obeundo, eos ab Inedia & Egestate, quam qui ab Hostibus defendit. Porro,* Ille Rex *fuit, qui Academiæ, sive Conditor, sive Restitutor* Oxoniensis, *sic eam Ædificiis & Immunitatibus auxit, ut, Literas Humaniores, & Veram Sapientiam docendo, non Orbi solum* Britannico, *sed & universo, perenne Lumen,*

(1) Exstant earum nonnullæ apud *Spelmannum,* Conciliorum Tomo primo Pag, 375 & seqq.

Lumen, plus octo jam annorum ſæcula, præbuerit.

TE vero maxime delectabit, Optime Vir, *quod piam hic* Ælfredi *Mentem, &* *ad Deum in periculis erectam, (quo nihil Viro ſapiente dignius) abunde hoc Cimelio teſtatam habes. Unde enim afflicto Homini ſolatium, niſi ab Eo, qui* Arx, *qui* Clypeus, *qui* Rupes, *qui* Propugnaculum, *qui* Salutis Cornu, *qui denique* Numen *cui confidat: Quæ Regis* Solymæi *Verba,* Saxonico *noſtro, Pſalmos in ſinu fere perpetuo gerenti, ſæpeque perlegenti, proculdubio gratiſſima fuere.*

DE Rege *tam magnifico, prudente, pio, tamque omni Virtute ornato, nihil non alicujus momenti omiſſum, vel non ſatis explicatum, eruditis & doctis Hominibus minime diſplicere arbitror: Præcipue,* quod Imagines in Eccleſiam irrepentes *(quæ hujuſce Diſſertationis opera eſt)* expoſuerit.

UTCUNQUE res illa ceciderit, hoc certo ſcio, propter innumera mihi meiſque à Te *&* Domo Tua *collata Beneficia, pergrati hoc erga* Te *animi mei Pignus & Teſtimonium eſſe: Non dicam* Remu-

Remunerationem; *nam qui* Tecum *Muneribus certabit, (quæ* Tua *eſt Munificentia) fruſtra erit.*

VALE, præſtantiſſime Pacis & Juſtitiæ Cultor, *&* *ex* Horatii *Tui Voto*,

Serus in Cælum redeas, diuque
Lætus interſis Populo.

Iterum vale, & favere perge

Tuæ Salutis ſtudioſiſſimo

GUIL. MUSGRAVE.

Dabam Iſcæ Dunmoniorum, *Nonis Juniis*, A. D. MDCCXV.



D E



DE
ICUNCULA
Quondam Magni Regis ÆLFREDI,
DISSERTATIO.

§ I.



E hac *Icuncula* jampridem ad Doctissimum *Hans Sloane*, Regiæ Societatis tum temporis à Secretis, Literas dedi: Et paulo post eidem alias, rogatu Viri Reverendi D. *Geo. Hickes* S. T. P. Ex prioribus quædam (1) *Actis Philosophicis* inserta sunt: Ex alteris aliqua *Thesauro Linguarum Septentrionalium* ab eximiæ Doctrinæ, & Antiquitatis *Saxonicæ* scientissimo Auctore. Cum autem Illæ iterum perlegenti per- U pen-

Icuncula *hac, de qua olim, ad incudem revocatur.*

(1) N. 247.

pendentique mihi minime placuerint: Hæc autem à Celeberrimo Auctore, propositi sui ergo (*i. e.* ut Linguam *Saxonicam* exponeret) adhibita fuerint, visum mihi fuit *Iconem* hanc ad incudem denuo revocare, &, viam prorsus aliam calcando, [quatenus Imaginum in rebus sacris usum & antiquitatem ea demonstret] exquirere. Quibus præfatis, e vestigio rem aggredior.

§ II.

Ubi, & quando inventa.

TRIGINTA circiter anni sunt, cum ad *Tonæ*, Fluvii in *Belgio* nostro, ripam, ubi ille in *Pedredum* lente festinat, in prædiolo, quod vocatur *Athelney*, his vicino Fluviis, casu inventa fuit *Icon*, quæ Tab. iv. Figuris tribus apte exprimitur. Hæc cum perite admodum fabricata, inter κειμήλια, quotquot undique collecta studiose conservantur, longe præstantissima, locum mereatur, hodieque penes sit Αρχαιόφιλον, omnibusque meritis illustrem, *Nathan. Palmer*, de *Fairfeild* in Comitatu *Somerset*, Armigerum, (quo favente, mihi commodatam sæpius eam hisce oculis vidi, hisce manibus tractavi) de ea jam accuratius edisseram, & primum, ejus Figuram Opusque describere; deinde, Usum à veterum moribus non

non multum abludentem, exponere conabor.

§ III.

DIMENSIONES habet *Icon* easdem fere, quas Figuræ: Quarum Prima illius partem anticam, altera posticam exhibet; tertia Crassitudinem. De quibus ordine.

ANTERIOR pars Crystallum habet Pyriformem, quam in loco suo servant retinacula, sive folia parva semilunaria, toto ambitu quasi quinquaginta. Crystallus obtegit Encaustum, in quo *Pictura*, per Crystallum aspicienda, Hominis severo & tristi Vultu, Caput in dextram nonnihil inclinantis, sella sedentis. Videtur is utroque cubito Sellæ prominentiis inniti, & ambabus manibus, Iridis Caules, tamquam Sceptra, tenere. Hæ Caules circulo infra coeunt, sive potius (secundum istius Plantæ morem) ab uno Cespite oriuntur; & divaricatæ hac illac ascendunt, donec utroque Capitis latere Florem emittunt. Hujus Planitiei pars acutior, in immanis Belluæ cujusdam marinæ caput desinit, quod Delphini esse videtur. Linea circumdatum est, quæ Punctis distincta: Punctis etiam illud interspersum est. Ex ore Belluæ Tubu- *Ejus Facies antica,*

lus se exporrigit; cujus Orificii medium ex Auro Filum transecat, tamquam Diametrum. Hæc de plano hujus Cimelii supremo, Fig. 3. repræsentato.

Postica, IN Fundo, sive Basi, Lamina est, quæ Bracteolis Aureis acuminatis, numero tribus supra viginti, in loco fixa & retenta, Encaustum in suo loco pone retinet, firmeque comprimit. Lilium habet hæc Lamina, Florum Delicias, artificiose sculptum, ex Olla triquetra in angulo minori exortum, & primo duo Folia minutiora, dein altera duo largiora emittens, sed quæ supremo fine excisa cernuntur: Deinde, minora & angustiora duo. Flos ex scapo assurgit, cum senis pinguibus repandis Foliis; in quorum medio stylum longiusculum trisulcum circumstant Stamina. Varias inter Floris hujusce partes, opus apparet craticium. Laminæ hujus finis acutior in Cutem Piscis squamosam desinit. Belluæ Caput inferiori mandibula caret. Hæc in Fig. No. 4ta spectantur omnia.

LAMINA Postica (aurea) cum sit antica (Crystallina) & Encausto largior, facit, ut Cimelii latus sive margo sit obliqua. Hujus marginis Limbo exteriori adnexa est Fimbria, punctis & arcuato opere notabilis, visu pulcherrima. In

ipsa

ipſa margine (propter Laminarum, uti dixi, inæqualitatem) obliqua, legitur Epigraphe, cujus initio Crux eſt, quæ à nonnullis *Crux Paſſionis* appellatur. Literæ prominentes ſunt, &, ut firmetur opus, Aurea ſuper ſubterque ligatura, aliquando etiam Auro inter ſe continuato, vinciuntur. In Ectypis paulo majores ſunt, quam in Prototypo; ut clarius appareant. In Literarum interſtitiis ſplendet Cryſtallus: Aurum & Cryſtallus ſe mutuo commendant, & ſpectantium oculos inſigniter oblectant. Hæc exhibent Figg. 3 & 5. *Lateralis.*

TOTIUS Cimelii Materia, præter Encauſtum & Cryſtallum, eſt ex Auro omnis. Totius Pondo, Drachmæ quaſi tredecem: Auri vero ſolius præterpropter Uncia.

§ IIII.

INSCRIPTIO ſic ſe habet. *Inſcriptio.*

† *AELFRED MEC HEIT GEVVRCAN.*

Id eſt, (Doctiſſimo interpretante *Hickeſio*) Ælfredus *me juſſit fabricari.*

CUIA fuerit *Icon*, declarat Inſcriptio, nimirum *Ælfredi*; Magni illius *Saxonum* Occidentalium Regis, qui cum *Danis* ſæpe prælium committens, ab iis in Agro *Somerſettenſi* victus, ad Bubulcum in Uli-

ginoſa

ginoſa ejus regione ſe contulit; ubi in paludibus (tamquam *Marius* in *Minturnenſibus*) ſe abſcondens, ad tempus aliquod ibi moratus eſt, & (uti licet opinari) tum temporis hoc Κειμήλιον amiſit. Hunc terræ tractum, *Danis* in fugam miſſis, pretio Rex *Ælfredus* emiſſe dicitur, & in eo Cœnobium erexiſſe: Eo loci, poſt tot ſæcula, inventum eſt hoc Κειμήλιον.

Cuja in eo Facies. CUIA in Encauſto depicta ſit Imago, diu mecum dubitavi, ſed jam pridem in Doctiſſ. *Hickeſii* ſententiam, Domini noſtri Soſpitatoris eam eſſe contendentis, eo lubentiſſime. Hoc arguit Oris gravitas & triſtitia; qualis Illius fuiſſe perhibetur: Hoc etiam non parum arguit *Crux* illa, quam dixi, *Paſſionis*, initio Inſcriptionis. Quid quod, *Hickeſio* ſentiente, Duo Sceptra manibus comprehenſa, duplicem illam Poteſtatem, quam Pater in Cælis & Terra Filio dedit, oſtendere videntur. Ex altera vero parte, quod ab operis elegantia, magna profecto & admirabili, adverſus ejus antiquitatem urgetur, abunde ſatisfiet eo, quod e diverſo profert Doctiſſ. Ille, Nimirum illud *Romæ*, quam plus ſemel adiit *Ælfredus*, ab Artifice quodam perito & Artis ſuæ gnaro, fuiſſe fabricatum. Cæterum, huic, utut difficili, nodo cuneus ſatis aptus accommodari

dari potest, eo, quod in *Ælfredi* vita traditum, nempe Illum, ut Regnum omni ex parte cultum & ornatum redderet, non solum Artium liberalium professores, sed & Mechanicarum gnaros, ex omni fere *Europa* operarios evocasse, & pretio conduxisse; à quorum fortasse aliquo fabricatum hoc Κειμήλιον.

In ejus initio Crux.

A CRUCE hic initio posita, non est ut de ea multum afferam: Nemini non notum est, ea, tamquam re notabili & sancta, passim Agrorum Terminos signari; & ei, tamquam Numini, Domos sanctas dedicari; creberrime vero eam Testimoniorum, omnisque generis Scripturarum, adeoque ipsius Alphabeti initio, felici cum auspicio, præfigi; ut Veri indicem, & Religionis sacerrimæ signum. Quicunque fuerit *Icunculæ*, ad Sospitatorem in memoriam revocandum, usus, eundem & ejus *Crucis* esse cogitandum est.

Literarum ductus, & miscella notabilis.

LITERARUM ductus qualis esset *Ælfredi* sæculo (mortuus autem ille est A.D. 900. Regnavit annos fere 30) ostendit Inscriptio: Cui binæ ex Alphabeto *Saxonico* Literæ inseruntur. Literarum hæc Miscella, nunc ex diversis ejusdem Linguæ Alpabetis, nunc ex diversis Linguis (ut in hac *Icone*) sumptarum, apud Auctores

Auctores nequaquam infrequens. Sic CoMMoDVS, & CONSTANTIVS. NoB. CÆS. in eorum Nummis apud me leguntur. Sic in *Julii Vitalis* Epitaphio [1X.] Sed de hac re alibi verba fecimus.

§ V.

Icunculæ usus.

HISCE jam positis, non erit difficile, de celeberrimæ hujus *Iconis* usu conjecturam facere: Cum enim (1) *Ælfredus* omnino Vir sanctus esset, à *Leone* Quarto, Pontifice *Romano* sive Baptizatus, sive instructus; cumque idem fortis & bellicosus sæpe pugna cum Paganis decertaret, & quidem eventu belli vario, mirandum non est, si ex illorum temporum more, quæ Imaginibus (2) favebant, hanc *Icona* fieri curavit, ut in angustiis & rebus dubiis, quibus sæpe premebatur, universi *Sospitatoris* aspecta imagine, solatium ex eo caperet, & posita in eum fide, fortius in hostem irrueret. Profecto, huic opinioni non parum favet ille Paxillus, qui Tubuli orificium transecat διὰ μέτρον. Huic enim adligata Tænia, colloque gerentis

(1) *The* Life of Alfred the Great, *written by Sir* John Spelman, *publish'd with Historical Remarks by Mr.* Hearne, Oxford, MDCCIX. *Pag.* 202. (2) *Vide Opuscula à* Leone Allatio *collecta, &* Parisiis, *Anno* MDCLXIV *Edita. partem alteram.*

gerentis circundata, Geſtamen hocce, pectore dependens, facillime pro re nata poſſet in aſpectum erigi, & uſui propoſito reſpondere.

§ VI.

HUIC conſentaneum eſt, quod de *Ælfredo* Rege tradit, æqualis illorum temporum, (1) *Aſſerius*, [*Eum*, nempe, *Curſum diurnum*, (id eſt, *Celebrationes horarum*) *ac deinde Pſalmos quoſdam*, *&* *Orationes multas*, *quos in uno Libro* (2) (Hand-Book, *i.e.* Enchiridion appellavit) *congregatos habuit*, *in ſinu ſuo*, *die noctuque*, ſicut ipſi vidimus, *ſecum inſeparabiliter*, *Orationis gratia*, *inter omnia præſentis vitæ curricula*, *ubique circumducere*.]Quare non improbabile videtur, *Ælfredum*, aſpecta in periculis hac *Icone*, Deum (quoniam Regis *Solymæi* verba, *Saxonico* noſtro Regi fuere gratiſſima, & melle dulciora) invocare, tamquam *Arcem*, *Rupem*, *Clypeum*, *Cornu Salutis ſuæ*, *Propugnaculum*, *Numen cui confidat*: Forſan etiam à Pſalmo xxii, duxiſſe *Chriſti* hanc Languentis Imaginem.

Ælfredi *Pietas.*

X. § VII.

---

(1) De *Ælfredi* Rebus Geſtis. (2) *Life of K.* Ælfred, Page 205.

§ VII.

Ælfredus Idololatriæ non arguendus:

MINIME vero cogitandum est, hanc Imaginem, tamquam ipsum Deum, ab *Ælfredo* coli & adorari. Quis enim sanæ mentis opinabitur, Regem, cum primis sæculi sui sapientem, quique toties Idolorum vanitatem, à *Davide* perstrictam, audiit legitque, Encausto demum & Pigmentis ita capi, ut iis cultum faceret divinum? Quis ab *Ælfredo*, Dei O. M. Celsitudinem, Gloriam, Omnipotentiam, à Rege *Davide* tantopere celebratam, toties legente, Fabricæ hæc omnia Humanæ posse tribui judicabit? E diverso tantum Μνημόσυνον hanc *Iconem* esse, licet opinari; quo aspecto, *Ælfredi* in mentem venit Tolerantiæ, Patientiæ, ceterarumque Virtutum, quarum Humani Generis *Sospitator* magnum exstitit Exemplar.

Hæc Icuncula tantum, Μνημόσυνον.

INTEREA minime negandum, quin Imagines sub hæc tempora plus nimio colerentur. *Arturus*, *Britonum* ille Rex bellicosus, in octavo bello contra *Saxones*, in Castello *Gunnion*, Imaginem Crucis & Stæ. *Mariæ* super humeros portare, sicque paganos, à *Nennio* refertur, in fugam (1) vertere Hoc ingruente malo, &

(1) Vide *Nennii* Historiam *Britonum*, Cap. lxiii.

& Evangelii puritatem turpiter inquinante, *Alcwinus*, *Eboracensis*, (qui floruit *A. D.* 780, & *Parisiensis* Academiæ Fundator fuit) *De Imaginum Adoratione* scripsit; quem utique Librum se vidisse refert (1) *Lelandus*. De eo sic Clariss. (2) *Galeus*, *Alcwini* popularis, [*Jussu Ecclesiæ* Britannicæ, *auream Epistolam* Alcwinus *noster scripsit, contra cultum Imaginum: Fulta erat ea Epistola plurimis è S. Scriptura legitime petitis testimoniis: Suffragiis confirmabatur totius* Britannici *Cleri*; *Synodum* Francofurtanam, *&* Carolum *magnum*, de Cultu illo Imaginoso *Fluctuantes, mirifice erudivit; errorem nascentem confutavit; veritatem asseruit. Hæc Epistola, O factum male! desideratur.*] *Desideratur* Alcwini *Liber.*

§ VIIII.

HAUD dubium est, quin ab Ethnicis ad Ecclesiam manavit Imaginum usus; quibus solenne fuit hujusmodi *Icunculas* adorare, & nonnunquam ubique secum portare: Cujus rei Exemplum unum alterumque in medium feram. *Asclepiades* Philosophus, (3) (*Ammiano* tradente *Marcellino*) *Ab Ethnicis ad Ecclesiam manavit Imaginum usus.*

(1) De Scriptoribus *Britannicis*. (2) In Præfatione ad Historiæ *Britannicæ* Scriptores xx. (3) Libro xxii.

cellino) Deæ Cælestis Argenteum breve Figmentum, quocunque ibat, secum efferre solitus est. Idem (1) *Arriani* verba significant Δοκεῖς με λέγειν ἀργυροῦντινα (Θεὸν) ἢ χρυσοῦν ἔξωθεν; ἐν σαυτῷ φέρεις αὐτόν. (2) *Octavio Cæsari* Imagunculam fuisse auream, nomine *Thurinum*, narrat *Suetonius*; quam ille nactus *Adriano* Imp. & Domino dedit, cujus inter Cubiculares colebatur. Vide quæ Doctiss. *Casaubonus*, ad illum *Suetonii* locum commentatus est uberrime.

Imaguncularum apud Ethnicos usus,

SYLLA (3) dicitur *Apollinis* τὶ χρυσοῦν ἀγαλμάτιον in sinu circumferre, & manu comprehenso in periculis oscula dare, preces effundere, vehementer orare, obsecrare.

ALEXANDRI M. in Deorum numerum relati, Effigies, à *Macrianorum* gente portabatur, quia (scribente (4) *Pollione)* [*Juvari in omni actu suo dicuntur, qui* Alexandrum *expressum,vel auro gestitant, vel argento.*]

SIGILLARIA dicebantur hæ, cum aliis, *Icunculæ*; de quibus (5) *Arnobius* [*Abstinetis à risu, cum pro Diis immortalibus,* Sigilliolis *hominum, & formis supplicatis humanis?*

(1) In *Epict.* Lib. ii. Cap. viii. (2) In *Octavio Cæsare*, Cap. vii. (3) *Plutarchus* in ejus vita. (4) Vide *Treb. Pollionem* in *Quieto*. (5) Adversus Gentes, Lib. vi.

humanis? Quinimo Deos esse Sigillaria *ipsa censetis.*] Earum autem Opifex *Faber Sigilliarius*: Ut ex *Reinesii* patet Inscriptionum (1) Syntagmate, & ex (2) *Gruteri* Thesauro.

APULEIO nihil luculentius, [*Morem*, (3) inquit, *mihi habeo, quoquo eam, Simulacrum alicujus Dei, inter libellos conditum gestare; eique diebus festis, Thure & Mero, & aliquando Victimis supplicare.*] *Mercuriolum* aliquando se gessisse constat: Nam paulo post addit [*Jussi curriculo iret aliquis, & ex hospitio* Merculiolum *afferret, quem mihi Saturninus iste Oeæ fabricatus est.*] Eumque deinceps satis lepide describit, [*En! vide, quam Facies ejus decora, & succi plena sit, quam hilaris Dei vultus: Ut in Capite crispatus capillus, sub imo pilei umbraculo appareat; quam lepide super tempora pares pinnulæ emineant; quam autem festive circa humeros vestis substricta sit.*]

Exemplo non uno illustratus.

QUIN & *Harpocratem*, sive Imagunculam illam argenteam, quam in Viri Celebb. *Joh. Smetii* Gazophylacio *Neomagi* visam, Commentario illustravit Doctissimus D. *Gisb. Cuperus*, harum gentium

(1) Classe xi. Inscriptione lxxxix. (2) Pag. cIↃxxxv, Inscript. 3. (3) In Apologia.

gentium Deum esse, minime dubitandum est. Eruditissimus (1) Auctor, tamquam ex Antiquitatis Adyto, suspicari se scribit [*vel Laribus, sive Diis domesticis annumeratum esse breve hoc signum, vel quempiam Relligionis ergo & instar Amuleti illud secum portasse.*] In cujus rei confirmationem, Diis servatoribus adscriptum fuisse *Harpocratem*, iisque, qui in extremis periculis versabantur, non secus ac alios, auxilio venisse, ex *Artemidoro*, docet.

§ X.

Imagunculæ Cultus improbatur,

Sed dic, *Adriane*, an *Thurino* debeatur, quod ad *Romanum* evectus sis Imperium? quod à Barbaris *Romanos*, passuum Muro multorum millium, tutatus sis? Et quod triginta Legiones habueris? Dic, *Apuleie*, Deusne fuit iste tuus, qui decora facie, vultu hilari, lepide compositus, comte vestitus; quo in describendo, ab risu nec ipse quidem abstines; istene, inquam, fuit, qui in humano Corpore partium Symmetriam mensuravit? Istene fuit, qui πέψεως & cogitandi Officinam condidit? Qui spiras in Corde torsit? qui

(1) Pag. 15.

qui in Venas Sanguinem infudit? qui Genis Rosas, Oculis Aciem, &

Os Homini sublime dedit?

At Deum dixi, imo Puppus iste tuus, *Oeæ*, te confitente, fabricatus; id est, malleis tusus, & incudibus figuratus: Verbo dicam, istene fuit, *qui Homin m fabricavit?* Dic, *Alexandrine*, num *Harpocrati* tuo debeatur *Ægypti* fertilitas, & *Nili*, ex intervallis certis, Inundatio? Quin dic, *Asclepiadisce*, num à tua *Cælesti Dea*, Cœli Fornix statutus sit, & in eo Sidera fuerint appensa, simulque motus eorum, tamquam in Chorea tripudiantium, κα̣τὰ μέτρον, ordinati? Apage, Philosophi, vestram hujusmodi Theologiam. Hæc sunt, quæ habui dicere, de *Ælfredi* Icuncula

quia perridiculus.



TABU-



TABULARUM EXPLICATIO.

TABULA I. FRagmentum exhibet Anaglyptici, quod paucis ante annis prope *Bathoniam* effossum, GETAM Imp. videtur repræsentare, hodieque, ad Cœnobii, juxta *Julii Vitalis* Cippum, ibi muro affixum est.

TAB. II. Figuræ 1 & 2 duas GETÆ Facies, ex ejus Nummis exhibet. 3, 4ta & 5ta *Ælfredi* Icunculam, triginta circiter abhinc annos, apud *Athelney*, juxta *Tonam* Fluvium, in Comitatu *Somerset*, inventam: quarum Prima Faciem ejus anticam, Altera posticam, Tertia lateralem ostendit.

TAB. IV. (quæ III dici debuerat) GETÆ Nummos decem rariores, e Doctiss. *Patino* sumtos habet. Figuræ ceteræ, No. II. notatæ, *Purpuræ* sunt, non ita pridem in *Belgico* Litore *Sabriniano* repertæ; de qua in *Capitolini* GETA, Pag. 23. & Nota. 5.

TAB.



SEPTIZONIVM SEVERI Imp:
in qua sepultus est GETA.

Tab. Ultima *Sept. Severi* Septizonium exhibet, quod ex magnificis ejus operibus unum, Gentis *Severianæ* fuit Sepulcrum: In quo trium hujuſce Domus *Antoninorum*, *Severi* ſcil. *Getæ*, *Caracallæque* condi Cineres, in prædictis retulimus. De eo ſic (1) *Fabricius* [Severi Septizonium *inter Palatinum & Cælium. De ſeptena Columnarum ſerie, ex qua aſſurgebat, tres ſeries jam viſuntur, una alteri ſuperimpoſita. Integra Series illa eſt, quæ Eurum ſpectat, in cujus prima ſecundaque parte ſuperſunt Columnæ octo, in tertia ſex: Intra illas Columnas Moles ex quadratis lapidibus aſſurgit, quæ in altum, Pyramidis aut Obeliſci more, magis magiſque contrahitur atque acuitur. Opus ſane mirum & magnificum.*] Ita vero Cl. *Iſ.* (2) *Voſſius* [Septizonii, *quod* Severi *eſſe creditur, ne quarta quidem altitudinis ſupereſt portio. Venientibus ex* Africa *in ipſo mari culmen ejus olim conſpiciebatur. Septem quippe adſurgebat Zonis, totidemque Columnarum ordinibus invicem ſibi ſuperſtructis, Collium* Romæ *& ſimul totidem Planetarum præ ſe ferens imaginem.*] Verum à nupero docemur Auctore (3) *Gallico,*

Y

(1) *Vide Illius* Romam, Cap. xx. (2) *De Magnitudine* Romæ *veteris*. (3) Bernardo *de* Montfaucon, *in Diario* Italico.

Gallico, [*nulla ejus superesse Vestigia, ne quidem lapidem lapidi impositum, sed angulum ejus novissimum, ætate conlabsurum, exeunte sæculo sexto supra decimum, Pontifice* Sexto quinto, *funditus everti.*] Hujus *Septizonii* Figuram, ut est apud (1) *Stephanum Perac,* ære exesam, ultima Tabula hic apponi fecimus.

De nobilissimo hocce Monumento, *Dionis* Ἀντωνινείῳ, vide *Scaligeri* Animadversiones in *Eusebium,* Pag. 229.

Roma Antica di *Famiano Nardini*; *Alex. Donatum,* de Urbe *Roma*; aliosque *Romæ* Vet. Τοπογράφους à Cl. *Geo. Grævio,* in Thesauri Antiquitatum *Rom.* Vol. III, congestos.

---

(1) I *Vestigi dell' Antichita di* Roma, *da* Stefano *Du* Perac. *In* Roma, MDCLXXX.

F I N I S.

Δόξα τῷ ἐν ὑψίστοις Θεῷ.



Syllabus Capitum

IN

DISSERTATIONIBUS.



DISSERTATIONUM

EPITOME.

DE

GETA BRITANNICO.

CAP. I.

De Statua BATHONIENSI.



Romani

Dissertationum Epitome.

C A P.

C A P. II.

De GETÆ aliis.

C A P. III.

De GETÆ Inscriptionibus.

Et

Legio

CAP. IV.

De GETÆ Nummis.

Nummorum

Φιαλέων

CAP. V.

De reliquis ad GETAM spectantibus.

Severianæ Domus Augustæ *Synopsis Chronologica.*

Arcus

De Icuncula, *quondam* M. *Regis* Ælfredi.

Ejus

FINIS.

Errata in Dissertationibus.

In Dedicatione, Linea ult. *lege* ſæcula. *In* Diſſertationis *Pag.* 26, L. ult. *lege* (1) P. 28, L. 12, *pro* ante, *l.* circa. P. 99, L. 16, *l.* Philomelienſes. P. 108, L. 25, *l.* evomeret. P. 112, L. *penult.* *l.* 145. P. 113, L. 2, *l.* 898 | 145. P. 129, L. 21, *l.* Sever's-hill. P. 137, L. 1, *pro* de Geta Britannico, *l.* Synopſis Chronologica. P. 138, L. *ult.* *l.* Guil. P. 117, L. 1, 2, *l.* Poſt

N.C.



Libri ab eodem Auctore editi.

I*Ulii Vitalis* Epitaphium, cum Notis Criticis Explicationeque U. C. *Hen. Dodwelli*, & Commentario *Guil. Musgrave*, Iscæ *Dunmoniorum*, MDCCXI.

De *Arthritide Symptomatica* Dissertatio. Ex*oniæ*. MDCCIII.

De *Arthritide Anomala* sive *Interna*, Dissertatio. *Exoniæ*. MDCCVII.

